



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Titulus XXXI. De Regularibus Et Transeuntibus Ad Religionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

Notandum II. In quarto §. sanè, asseritur, quòd eas decimas à Laicis, accipere possint Religiosi, quæ ante Concilium Lateranense sub Alexandro III. fuerunt illis in Feudam perpetuum concessæ, de quo in *cap. cum Apostolica 7. de his, quæ sunt à Prælat. & in cap. fin. hoc tit.* In §. 5. autem statuitur, quòd Religiosi etiam exempti solvere debeant decimas Ecclesijs Parochialibus, quibus fundi ratione decimarum priùs obligati fuerant, quàm ad illas pervenerunt, juxta *cap. 3. 4. & 10. hoc tit.* ac in judicio, si coram Diocæsano conveniantur ratione suarum decimarum, respondere debeant, compellendi ad decimas dandas, nisi immunitatem tam suam, quàm rerum suarum probaverint; quem casum specialem asserit Glossa, de quo coram Ordinario conventi poterunt etiam exempti ratione rei

litæ, quod in §. 6. *Ceterum* asseritur.

Notandum III. In Rubrica quidem hujus tituli, tam in antiquis, quàm in sexto, mentionem fieri de Primitiis etiam & Oblationibus: nulla tamen specialis mentio earum habetur in *cap. hoc tit.* & Primitiarum usus apud Judæos inter Cæremonialia præcepta computatur, in Lege verò Evangelica, olim quidem ex præcepto juris Ecclesiastici usuratus, *cap. præter 6. dist. 32. cap. Revertimini. 65. caus. 16. q. 1.* hodie tamen per contrariam consuetudinem abrogatus est. De Oblationibus verò ad altare faciendis à fidelibus (de quibus Oblationibus Rubrica hujus tit. loquitur) nullum quidem est præceptum, consuetudo tamen attendenda & observanda est. Videatur *Theolog. Mor. l. 6. c. 7.*

TITULUS XXXI.

DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM.



um duo sint Ecclesiasticarum personarum genera, & de primo, videlicet secularibus Clericis, dictum sit, ordo postulat, ut de altero genere, videlicet Regularibus, quoque dicatur.

CAPITULUM I.

Nullus.

PARAPHRASIS.

Nemo tondeatur, nisi in legitima ætate, & spontanea voluntate. Est Canon Moguntini Concilij tempore Imperatoris Caroli habiti Anno Christi 813.

SUMMARIUM.

1. *Vt Religiosus quis efficiatur, legitima ætas requiritur.*

2. *Quæ à Tridentino ad validam professionem ratione ætatis, & annui Novitiatus requirantur?*
3. *Votorum nuncupatio in susceptione Religiosi status, spontanea esse debet.*
4. *Reclamans contra professionem ex defectu ætatis, vel ob vim factam, probare debet.*

Notandum primò. Ut Religiosus efficiatur, legitima ætas requiritur, quæ olim erat pubertatis, videlicet anni 14. completi in masculo, 12. in fæmina, *c. 1. c. Illud 10. causa 20. q. 1. c. 1. & 2. q. 2. c. ad nostram 8. c. cum virum 12. hoc tit.* eademque ætas secundùm Canones, ad carnale matrimonium necessaria est, uti docet *lib. 5. tra. 10. p. 4. c. 12.*

Ccc

At

² At verò *Concil. Trident. sess. 25. c. 15. de regularibus*, duo de novo requirit. Primum. Ut in nulla religione professio maris, aut femina valeat, nisi decimus sextus annus ætatis completus sit. Alterum, ut persona, quæ professionem edit, per annum in probatione steterit; veruntamen necesse non est, ut annus iste immediate antecedit, sed fieri potest, ut ante expletum 15. annum, dummodo anni pubertatis adsint, probationem aliquis inchoet, eaque expleta, differatur ex causa justa professio, sicuti docet *Suarez tom. 3. de relig. lib. 5. c. 13. n. 8. Sanchez lib. 5. Mor. c. 4. n. 25.* Sed excipiunt idem *Sanchez v. 17. Nav. con. 10. de regularib. editione 2. Ordines Militares*, quos ajunt, hac constitutione non cõprehendi, atq; post 13. annum exactum, & ante novitiatus annum profiteri solitos esse. Interim non prohibetur, sed commendatum reperies in factis Canonibus, ante annos pubertatis pueros, & puellas ad monasteria suscipi; sed tempore illo, quod est ante pubertatem legitimam, non idonei censentur ad professionem. Primò jure novo nec ad probationem; tum quia ante eam ætatem propriæ discretionis facultatem non habent, sed à parentum, ac tutorum voluntate, imperioque pendent; tum quia ante pubertatis ætatem Religionis austeritates, præsertim circa castitatis votum rectè experiri non possunt. Nihilominus hos impuberes in Religionem susceptos, si infantiam exceßerant, Ecclesiasticas personas esse, ut Canonis privilegio gaudeant, significatur *e. quisquis 21. causa 17. q. 1.*

³ Notandum secundò, Emissio votorum in Religione, seu susceptio status Religiosi spontanea voluntate fieri debet, alioquin ipso jure (videlicet Ecclesiastico) irrita est, si fiat ex coactione, aut metu gravi, seu in virum constantem cadente. Ita habetur *in c. præfens 4. causa 2. q. 3. in c. 1. de ijs, qua vi*; & *docui lib. 3. tra. 4. c. 6. n. 3.* Vide *Suarez tom. 3. de religione l. 6. c. 4.* Ratio est, quia professio, seu vota religiosa inducunt novum, eamque immutabilem

statum, & obligationem, quam coactè spontaneâ & liberâ voluntate suscipi; quare idem quoque de matrimonio carnali decretum est, ut coactio, seu metus gravis, injustè illatus, impedimentum dimittere sit, *c. 2. de eo, qui duxit &c. & docui lib. 3. tra. 10. p. 2. c. 5.*

Porro rectè notant *Andreas, Abbas* alij hîc, si constat professionem editam esse, & opponatur defectus ætatis, aut coactio, seu metus, alleganti probationem succumbere, eò quòd pro valore actus presumptio sit, eum legitime gestum esse, donec contrarium ostendatur; non probatur tamen altera pars, videlicet monasterium, probationes suas asserere, quibus ætas, aut voluntas spontanea ostendatur, *c. quod super 5. junctâ Glosâ vtriusque natione, ac renuntiatione.*

CAPITULUM II.

Si quis.

PARAPHRASIS.

Qui ante annos legitimos, seu pubertatis, absque parentum consensu tonsus est, ut fieret Clericus, seu Canonicus regularis, atque parentes intra annum apud Superiorem non reclamârunt, permissum cogitur. Si verò aliquis post annos legitimos per vim tonsus fuerit, & ecclesiæ tradiderunt, eisdem permanere debet. Refertur ex *Mogunt. Conc.* sed in Conciliis non reperitur.

SUMMARIUM.

1. *Etiã impuberes Religionem ingredi possunt, nisi regulari vira assensu saltem, cum consensu Patris, aut tutoris.*
2. *Quando hi taliter ingressum religionis fecerint, re ipsa possunt?*
3. *Qui per vim ad professionem religiosam coactus fuit, si per annum...*

lenta professione non reclamaveris, non audietur amplius, jus antiquum attendendo, Tridentinum verò concedit quinquennium ad reclamandum.

Notandum primò. Nil obstat, quò minus pueri ante pubertatem, religionem ingrediantur, ut regulari vitæ affluant, uti & constat *ex c. 1. & 2. c. 20. q. 2.* & docet *S. Thom. 2. 2. q. 189. n. 5.* qui etiam significat, quòd possint se obligare voto religionis assumenda. Sed distinguere oportet, num pater, vel is, qui filium in potestate habet, aut eo mortuo, tutor vel mater expressè, vel tacitè consenserit in ingressum, aut votum, tunc consilium mutare, & impuberem revocare non potest invitum, uti constat *ex cit. c. 20. q. 1. & q. 2. c. ult.* an verò non consenserit, tunc revocare potest ingressum, & votum ejus irritare, cum puerilis ætas à patris, aut tutoris &c. voluntate pendeat, uti docui *lib. 4. tra. 4. 16.* & habetur *in cit. c. 1. & 4.* Debet tamen pater, vel tutor &c. intra annum, à tempore scientiæ numerandum, reclamare, aut revocare; alioquin consensisse censetur. Videri potest *Sanchez l. 4. c. 18. Suarez lib. 3. de relig. l. 5. c. 1. & Trident. Sess. 25. c. 17. de regul.* ubi significatur puellis permitendum non esse, ut habitum religiosum ante pubertatem, seu expleto annum 12. suscipiant; eas autem, quæ post eam ætatem habitum susceptæ, vel postea professionem edituræ sunt, ab Episcopo, vel Vicario ejus, aliòque deputato ab ipsidem, licet alioquin Ordo exemptus sit, examinandas esse, num sponte in Religionem ingredi velint, aliasque requisitas qualitates habeant.

Notandum secundò. Si quis per vim ad professionem in Religione ductus fuit, & postea anno integro non reclamavit, non audietur amplius, sed permanere cogitur. Ratio est, quia præsumptio tunc juris, ac de jure oritur, quòd per tanti temporis lapsum, professionem irritè ratificavit; & hoc antiquo jure. At verò per *Trident. Sess. c. 19. de regularibus*, tempus

quinquenniij definitum fuit, uti latius explicavi *tra. 5. c. 5. n. 7.* & videri potest *Rod. tom. 3. de regul. q. 17. n. 16.* ubi benè declarat, tamen nulliter professus post quinquennium in externo foro non admittatur, ad allegandas causas nullitatis; admittendum esse tamen ad allegandas causas impedimenti, si, quòd intra quinquennium reclamare non potuerit, quia v. g. in carcere fuerit, aut merus semper duraverit. Dixi, in externo foro non admitti: at verò in foro conscientiæ, si reverà non ratificavit professionem, adeòque præsumptio juris falsa est, liber erit, qui ita professus est, ut scandalo, & damno alijs inferendo cessante, proptià auctoritate abire, aut fugere possit, uti docet *Navar. commen. de regularibus. n. 77. & 78.* & tradidi loco jam citato.

CAPITVLVM III.

Ut Clerici.

PARAPHRASIS.

Non permittendum est Clericis ut habitum Monachorum gestent, sanctioris, aut strictioris vitæ ostendendæ causâ; sed cogendi sunt à Prælato, ut vel regulam Monachorum profiteantur, si in communi vivant, vel habitum, ac speciem externam Monachorum exuant. Hic est sensus Capituli, quod sumptum est *ex Conc. 4. Tolet.*

CAPITVLVM IV.

Vidua.

PARAPHRASIS.

Si vidua velum conversionis, quamvis non sacrum, sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, habitum sanctimonialium retinere cogitur, tamen si jurare velit, se sibi velamen imposuisse, ut deponere possit.

1. Vidua proficenti non conceditur velum Consecrationis.
2. Habitum professionis gestans, & actum aliquem professis proprium exercens, quandam censeatur tacite professus?
3. Que in animo latent, utrum per iuramentum probari possint?
4. Tacita professio non presumitur ex sola taciturnitate.

Notandum primò. Viduæ, seu mulieres non virgines in Religione profiteri possunt, sed velum consecrationis, quod solis virginibus convenit, non accipiunt, sed velum conversionis, seu meræ professionis. Consentit *cap. vidua 34. c. 27. q. 1.* Videri potest *Glossa in c. de votis 11. c. 20. q. 1. & quæ dixi lib. 3. f. 4. n. 8. & 9.*

2. Notandum secundò. Qui habitum professionis gestat, & actum professionis in eo proprium exercet, is tacite, seu ipso facto professionem facere censeatur, ita, ut ad contrarij probationem, aut recessionem à monasterio non admittatur. Ita *Glossa hie Innoc. & Andr. n. 2. & dixi lib. 4. tract. 6. n. 1.* Requiritur autem ad hanc tacitam, & præsumptam professionem primò, ut exercens actum sciat, esse proprium professo, v. g. interesse Capitulo, uti *And. hic* monet v. 1. Secundò, ut actum sponte, non per vim adactus exerceat, *arg. hujus cap. & c. 1. de his, quæ vi.* Tertiò, ut post susceptum habitum, anno continuo, in probatione steterit, juxta *Trident. sess. 25. c. 5. de regul.* Quartò, ut actus professorum proprius exerceatur cum consensu ejus, qui in Religionem auctoritative suscipere potest. Videri potest *Sanchez lib. 5. mor. c. 3. n. 12. & quæ dicuntur in cap. adversam 8. cap. ex parte 22. hoc tit.*

Limitari debet doctrina. Si quis expressè protestetur, se actum professionis proprium non exercere animo profitendi, præsumptio esse non potest professionis tacitæ; nam

tacitum tollitur per expressum contrarium, uti docet *Glossa finalis hoc tit.*

Quæres. Cum ea, quæ in animo latent, quia alijs præter operantem cognita non sunt, per iuramentum probari possint, *argum. c. si verò quarto. de sententia excommunicationis*, ubi *Glossa* ait: *soli Sacramento creditur, quando de conscientia aliquid dubitatur*; cur in casu hujus Cap. iuramentum non admittitur? Respondetur, cum Abbate *hic n. 6.* doctrinam veram esse, in dubijs seu ambiguis factis, in quibus incertum est, ex quo animo processerit, verò in casu nostro non censeatur esse dubium, sed per circumstantias determinatum, ut inde præsumptio juris, & de iure oriri possit, adfuisse intentionem profitendi.

Ad extremum advertet, professionem tacitam non dici esse solam taciturnitatem, quasi ex ea consensus præsumatur; sed enim verum non est, cum in præjudicialibus sola taciturnitas pro consensu non habeatur, sicuti docet *Bartolus*, & alij in *Lep. quæ dotis 28. ff. soluto matrimonio*; sed pariter taciturnitatem requiritur actus potestatis, qui vel ex rei natura, vel juris constitutione significet consensum, uti docet *Bartolus in c. cum virum n. 3. hoc tit. v. q. si post Novitiatum completum aliquis habere induat, qui est proprius professorum, et ad Capitulum admittatur, censebitur tacita, id est, sine verborum signis prædicto edita professio.*

CAPITULUM V.

Joannes.

PARAPHRASIS.

Mandat Pontifex, ut ne cui Monasterium de Monasterio in Monasterium temerè transferre, aut peculiatre quæpiam habere. Sed si id præsumptum Monasterio, in quo ab initio constitutus est, reddatur.

SUMMARIUM.

1. *Temerè se transferre non potest Monachus ex uno in aliud monasterium, sive ejusdem, sive diversi Ordinis hoc sit.*
2. *Quando censeatur temerè se transferre?*
3. *Talem autem professum, qui temerè ad aliud monasterium transiit, repetere potest Prælati.*
4. *Utrum talem, si penitentiâ ductus redeat, recipere teneatur Prælati?*

NOTandum primò. Monachus ex monasterio suo non potest se temerè in aliud monasterium, seu ejusdem, seu diversi Ordinis, transferre. Rationem dat *And. hic. n. 14. Abb. n. 8.* quia per talem transitum violatur votum substantiale professionis, quæ est obedientia erga Superiorem, Priorem, Prælatum; promittit enim Monachus loci stabilitatem, uti constat *ex c. sicut 13. de jurejurando. c. statimus. cau. 19. q. 3.*

2. Temerè autem se transferre dicitur Religiosus, si non zelo melioris boni, sed ex levitate, aut passione transeat, vel licentiâ non petita, aut petita quidem, sed non obtenta, in casibus, in quibus non tantum peti, sed & obtineri debet: qua de re dicitur *in c. non est 7. & c. licet 18. hoc. tit.* Vide *Sanchez lib. 6. Moralium c. 7.*

Notandum secundò. Prælati Ordinis professum temerè ad alium Ordinem, aliudve Monasterium transeuntem, repetere, & revocare potest, ita etiam habetur *in cit. c. statimus. c. ad nostram 8. hoc. tit. c. Monachum causâ 20. q. 4.* nam monachus personaliter obligatus est monasterio suo, sicut servus domino suo, & uxor viro suo *c. ad nostram 8. h. t. c. non est 11. de spons. & sicuti filius patri suo, in cujus potestate est. L. 1. ff. de liberis exhibendis.* tales autem personæ repeti, & vind cari possunt adjectâ causâ, *Leg. 1. ff. de jurejur. ubi Glossa v. vindicare, & explicat Sanchez cit. c. 7. n. 79.*

Quæres. Num Abbas monachum temerè transeuntem ad aliud monasterium, aliudve Ordinem, si eum peniteat, & redire velit, recipere teneatur. Haec quæstionem disputat hîc *Innoc.* in utramque partem; videtur enim negandum, quia juri, & titulo monachi sponte renuntiavit. *argu. c. quod in dubijs 8. de renunt.* Sed contrarium est dicendum cum *And. hic. n. 73.* & alijs apud *Suarez l. c. n. 104.* quia monachus, & quilibet professus juri suo renunciare non potest, cum veluti spirituale indissolubile matrimonium per traditionem personæ suæ contraxerit, uti tradit *Gloss. in c. 4. v. materia de divorijs.* Et docui *in disp. de restitutione spoliatorum assert. 29. & 30.* Ad *c. quod in dubijs* resp. ibi non esse sermonem de jure, & titulo monachali, sed de beneficijs, maximè sæcularibus.

Porro, quæ hîc de monachis dicta sunt, pari ratione in Canonicis sæcularibus locum habere bene monet *hic And. n. 5.* Aliud hîc adjicitur de proprio non habendo: qua de re dicitur *in tit. de statu monachorum.*

CAPITULUM VI.

Quia.

PARAPHRASIS.

Ubi dura est Religio, requiritur in proficiente plena pubertas,

SUMMARIUM.

Qua ætas requiratur ad profitendum in Religionibus valde asperis, de jure communi antiquo &c.

NOTandum. In quibus Religionibus vita valde aspera est, expedit, adolescentem non admitti ad professionem, nisi in plena pubertate, quæ anno 18, contingit. *L. ad rogato 4. ff. de adoptionibus.* Quare in statutis Ordinis Minimorum, seu S. Francisçi de Paula, decernitur, neminem admit-

Ccc 3

mittendum ad professionem esse, nisi annum 18. attigerit.

Dixi autem, expedire, (saltem ex consideratione, quod adolentes ante eam aetatem ad vitæ asperitates perferendas non satis idonei censentur. Interim aliæ rationes sunt, ob quas absolutè loquendo, magis expediat ante eam aetatem admitti, si corporis viribus polleant: quare Trident. *Sess. 25. c. 15. de regularibus* pro omnibus Religionibus 16. completorum annorum aetatem sufficere significat, & ideo huic constitutioni Minores, & Prædicatores se conformant apud *Sylv. v. Religio 3. q. 2.*

CAPITVLVM VII.

Non est

PARAPHRASIS.

Alexander III. mandat Archiepiscopis, & alijs Prælati per Galliam, ut monachos, & conversos Ordinis Cisterciensis, sine licentia suorum Abbatum per Episcopatus recipi non permittant; quod si aliqui sine Abbatum suorum licentia à monasterio exire præsumpserint, & post monitionem non celeriter redierint, ipsos ad reditum compellant.

SUMMARIUM.

1. Qui profitentur in monasterio aliquo monachi, sunt astricti suo monasterio, & Abbati.
 2. Quis Superior dare possit licentiam transeundi ad aliud monasterium?
 3. Et quidem, si transire velit ad aliud strictioris Ordinis?
 4. Vel si transire velit ad aliud aequè strictum?
 5. Vel denique, si transire velit ad aliud laxioris disciplinae, & regulae?
- N**otandum, Monachi, & conversi, qui professionem edunt, sunt astricti monasterio, & Abbati, ut sine ejus licentia

abire non possint, aut si abierint, ab Abbate revocari queant, implorato etiam auxilio prælatorum, in quorum diocesi monentur. Ita *Innoc. Ioann. Anst. Abbas, & c. 1. & habetur inc. Abbatibus 16. c. 8. q. 1. quæ fuerint pervagati, ubi inventi fuerint, auxilio Episcopi, tanquam fugaces, custodia revocentur.*

Et hæc valdè strictè *Innoc. hic* quod neque ad hospitium suscipi debent, sed hoc non est secundum sententiam Capituli nostri, ut *Hosienfis & Abbas n. 5. monentur*, quando dicitur, quod celeriter redire ad monasterium debeant, quo loquendo cavendo caveatur, ne moram trahant.

Et hinc prohibetur primò, Ne Prælati quicumque tales suscipiant ad permittendum, seu diu morandum, æstimandum secundum boni arbitrium viri, qui interpretatur *Barbosan. 3. Secundò. Ne talibus beneficium saculare conferatur c. 1. & 2. ab 158. & tradit hic Abb. n. 5. & int. super n. 1. hoc tit.*

Quæritur, quis Superior ad aliam Religionem aliudve monasterium transeundi licentiam dare possit? Resp. & dico, si quis transire velit ad Religionem, aut monasterium strictioris observationis ex rebus bonis, aliud non requiritur, nisi, ut ab Ordine Prælato licentiam petat, qui eam designare potest. Et docet *c. licet 13. de mon. Sylv. verbo Religio 4. q. 3. Sanchez 1. moral. c. 7. Quod si Religiosus transeundi licentia non petita, bonum regulæ obedientiæ contemnere censetur, & ab Abbate revocari potest professus, teste *Glossa fleximus 12. v. curam, de aetate & qualitate & c. Sanchez n. 94. Verum Capitulum licentiam non requiritur, ut docet *Glossa in c. cum singula 12. §. prohibemus v. Canon. præbendis in 6. Francus ibidem 26. cum Religiosus jus habeat transeundi ad strictiorem Religionem, eò quod professionis votum non violat, sed in melius convertitur. Sed neque Episcopi licentiam petere est necessarium, tametsi monasterium exentia non sit, sicuti ex probabiliore docet *hic****

De Regularibus, & Transeuntibus ad Religionem. 391

Abbas n. 6. Sanchez cit. c. 7. n. 60. qui tamen n. 61. probabiliter excipit Moniales, propter Trident. constitutionem *Sess. 25. c. de regularibus*, quæ explicabitur in c. *uniuerso de statu regularium in 6.*

4 Dico secundò. Si quis ad monasterium, vel religionem æquè strictam transire velit, ex causa iusta, v. g. infirmitatem, inimicitias, aut insidias &c. hoc in casu in monasterijs exemptis Abbas, sive Superior regularis, quasi Episcopalem potestatem in tuos obtineas, dispensativè licentiam dare potest; in non exemptis Episcopus. Ita docet *Gloss. in cit. S. prohibemus, Sylvester l. cit. Abbas cit. n. 6. Rodriguez to. 3. regularium q. 52. a. 9. Sanchez n. 65.* ubi bene monet, in Ordinibus exemptis hanc licentiam esse reservatam Prælato mediato, videl. Provinciali, aut Generali &c. Insuper videtur requirendus consensus Conventus, cum sit veluti quedam alienatio, atque unum ex negotijs gravioribus, uti notat Sanchez n. 66. multò magis consensus Abbatis, vel Præpositi regularis, si professus per Episcopi dispensationem auctoritativè transferendus sit, argum. *hujus Capituli & cap. statumus causa 19. q. 3.* si enim necessitas esse videatur, Abbas non exemptus ab Episcopo cogi potest ad consentiendum.

5 Dico tertio. Probabile est, ex causa iusta, posse prælatum inferiorem Papà, videlicet Ordinis Generalem, vel Episcopum in monasterijs non exemptis ad laxiorem Ordinem, aut monasterium transeundi, licentiam dare. Ita docuit Innoc. in *Capitulo dilectus n. 3. de temporibus ordinationum. Navar. lib. 3. Consil. 56. de regularibus editione 2. Lessus lib. 2. c. 4. n. 13.* At si Abbas sit exemptus, & solum Pontifici subjectus, etiam ipse dispensativè licentiam dabit, uti docet Hostiensis in c. *non est hoc tit.* cum quasi Episcopalem in suos jurisdictionem habeat: requirendus tamen est consensus Capituli, quem negare non poterit, si causa iusta, & necessaria appareat.

Veruntamen tutius est in casu tertie assertionis, si periculum in mora non sit, li-

centiam à Pontifice petere, nisi Religio speciali privilegio munita sit: etenim hanc dispensationem in transitu ad laxiorem Ordinem Papæ reservatam esse docent *Anchoranus, & Monachus in cit. Capitulo cum singulari n. 6. Sà verbo Religio n. 29.* & sumi videtur ex *Sessione Trident. 25. n. 19. de regularibus: Nemo regularis transferatur ad laxiorem Religionem, cujuscunque facultatis vigore.* Sed respondet Navarrus, & alij, quòd Concilium, sicut & *Extravagans. Viam ambitiosa de regularibus*, non prohibeant translationes juridicas, quæ fiunt ex iusta & cognitâ causâ necessitatis, quia v. g. professus ob debilitatem, statuta Ordinis, aut regulam strictam monasterij servare non potest, ut ponderat *S. Thomas 2. 2. q. 189. a. 3. in corpore*, sed translationes irrationabiles, non præmissâ causæ cognitione: quare hodie in externo foro scriptura, seu testimonium authenticum legitimæ causæ, & cognitionis præmissæ requiri solet. Vide etiam, quæ docui *lib. 4. tit. 5. c. 6. n. 9.*

CAPITULUM VIII.

Ad nostram.

PARAPHRASIS.

Intellexit Alexander III. quòd Eremitæ de Montefolio pueros quosdam suasionibus induxerint, ut Religionis habitum in monasterijs susciperent; ex quibus unum statim pœnituit, & uxorem sibi desponsavit, sed Eremitæ ex monasterio eum dimittere noluerunt. Respondet Papa, & cuidam à se delegato mandat, ut si constiterit, dictum puerum ante completum 14. annum, Religionis habitum induisse, vel si post eam ætatem habitam sine probatione suscepit, & intra triduum deposuit, eum ab impetitione Eremitarum pronuntiet liberum, atque uxorem ducere permittat.

SUMMARIUM.

1. Blandis sermonibus ut trahantur ad Reli-

Super eo.

PARAPHRASIS.

Quæsitum est ex Alexandro III. de Clericis qui Religionis habitum susceperant primo, & voto non amplius ad sacula redeundi; sed antequam professio facerent, ad priorem statum redire. Cui quæsitio respondet Papa, si illi antequam professio facerent, ad laxiorem Religionem transire cogendi sint, nec totum suum prævaricentur: verum si ante susceptum habitum, durante tempore probationis, recedere veluerint, retineri non possunt, secundum regulam S. Benedicti, in qua etiam patet videri, ut in eadem, in qua veteri veste dimittantur. Est regula 166.

SUMMARIUM.

1. De jure antiquo, etiam ante delictum novitatus annum, pariter facta professio tacita.
2. Hodie tamen vi Tridentini concilii est integer annus novitatus ad tacitam professionem; non tamen est de substantia probationis, ut quædam dixerunt Religionis gestet.
3. Consuetudo tamen habet, ut facta probatio in suscepto habitu.

Notandum. Si quis olim, modo exacto probationis anno, habitum professorem sponte susceperit, & tacitam gestavit, censetur edidisse professionem tacitam, per quam obligatus erat, non tantum Religioni, cujus habitum susceperat, sed Religioni in genere, ut licitum est transire ad laxiorem. Ita Glossa hic v. *tra vorum*, & habetur in cap. 3. §. *in alij* tit. in 6. Verum hodierno jure ante exactum annum probationis, nulla professio fieri potest: interim non prohibetur novitatus

Religionem pueri, & adolescentes, consultum non est.

2. Puniantur. qui ita pellexerunt, si lucri causâ hoc fecerint.
3. Quomodo de jure antiquo per habitus professorum gestationem fiat professio tacita?

Notandum primò. Non est consultum, ut pueri, vel adolescentes blandis sermonibus ad Religionem trahantur, cum frequenter fiat, ut postea perspectis difficultatibus, quas antea nesciverant, eos peniteat, & recedant. Ita *Abb. hic*, ubi testatur, quòd S. Benedictus præcepit, ut quæcunque dura, & aspera in Regula continentur, ingressuris proponantur, quia talia prævisa, & animi proposito acceptata, postea minus hominem absterrent, aut feriunt.

Adde ex c. *ult. causa cit. 19. q. 3.* eos, qui ita pellexerunt, si lucri, & avaritiæ causâ fecerunt, puniendos esse, & monasterium bonis, seu hereditate eorum, quos induxerunt, privandum; saltem si congregatio fuit in culpa: sed delictum personarum particularium non debet in damnum monasterii redundare, uti notat *Abb. in cap. penult. 29. de convers. conjug.*

Notandum secundò. Per spontaneam susceptionem habitus proprii professorum, si per triduum in monasterio gestetur, inducitur tacita professio Religionis c. 1. & 3. eodem tit. in 6. Hodie tamen necessarium est ad tacitam professionem, ut annus integer probationis antecesserit, sicuti explicavi *lib. 4. tract. 5. c. 1. n. 1.* tunc autem necessaria non est gestatio habitus per triduum; utpote quæ deliberationis causâ requisita est, uti *Abbas in fine cap.* notat, quare si probatio, & deliberatio anni finita sit, sola assumptio habitus, patenter distincti, ab habitu novitiorum, inducet professionem tacitam, uti sumitur ex cap. 3. cit. *junctâ Glossa v. infra probationis*, & explicat *Sanchez l. 5. mor. ca. 3. n. 24.*

votum simplex religionis profitemur; tunc autem, si determinatè vovit in hoc Ordine aut monasterio se professurum, obligatur eo voto; nisi ad strictiorè Ordine transire malit, quod liberè facere potest, vel nisi per dispensationè consequatur licentiam in alia æquali, aut laxiore religione, vel monasterio profitendi, qua de re dixi *tit. tra. 5. c. 6. q. 3.*

Quæritur hîc, utrùm necessarium sit, ut annus probationis in habitu regulari peragatur. Affirmat hîc *Gloss. v. in eadem v. ff. Sylv. v. religio 5. q. 5. Sanchez. l. 5. c. 7. n. 29.* quia magna pars austeritatis est in habitu, & ideò non potest censerî probatus, qui habitum non gessit. Sed *Abbas hie n. ult. negat*, esse de substantia probationis, ut aliquis habitum gesserit *argum. c. penult. dist. 64.* ubi dicitur, si aliquis converti desiderat, probetur prius in Laico habitu: consentit *cap. 3. caus. 17. q. 2.* & regula 58. S. Benedicti. Respondeo, & dico primò: Annus probationis per se, & substantialiter non requirit susceptionem habitus regularis. Ita etiã docet Suarez *t. 5. de religione lib. 5. c. 13. n. 5.* Ratio talis est, quia tempus probationis per se, & suapte naturã non postulat omnia probandi media, cum partim ex consuetudine monasterij, partim ex arbitratu prælati pendeat, quinam probandi modi adhibeantur, si in regula Ordinis determinatè non præscribantur, sicuti nec regula S. Basilij, nec regula S. Benedicti præcepit, ut monasterij habitum gerant, sed potius contrarium, ut in vestibus, quas attulerunt, probentur; itaque dicendum, tempus probationis tunc incipere, cum aliquis ex consensu suo, & consensu, seu acceptione Prælati suscipitur ad novitiorum, seu probantium statum, secundùm regulam, & consuetudinem Ordinis aut monasterij.

Notandum secundò. In plerisque religionibus, Ordinis regula, vel consuetudo exigat, ut utriusque sexus regulares probationis tempus incipiant, suscepto habitu regulari, Ita notavit *Glossa in cap. unico*

dist. 63. Huc etiam Trident. Concil. respexit *Sess. 25. c. 15. de regularibus. Nec si minore tempore, quàm per annum, post susceptum habitum, in probatione steterit, ad professionem admittatur*: quia videl. in religionibus plerisque consuetudo est, ut cum susceptione habitus novitiatus inchoetur; & nominatim quidem in regula Ordinis S. Francisci præceptum esse, ut certo habitu novitij induantur, testis est *Rodrig. 2. 3. q. 15. a. 9. c. 10.*

CAPITULUM X.

Sanè.

PARAPHRASIS.

Quidam in Ecclesia Aromatenſi Canonico Regularium professionem fecerat, sed postea fugiens à quodam Abbate in monachum susceptus est; quæsitum est ex Alexandro III. quid agendum? Responder, si monasterium, in quo jam versatur, majoris religionis, sive strictioris observationis est, ipsum ibi relinquendum; sin minus, ad priorem Ecclesiam esse compellendum.

SUMMARIUM.

Canonicus Regularis transire potest ad Ordinem monachalem, si strictior in eo sit observantia.

Notandum. Canonicus Regularis transire potest ad Ordinem monachalem, dummodo in monasterio, ad quod se confert, strictior sit observatio.

Obijcitur *cap. primum cum sequentibus causâ 19. q. 3.* ubi severè interdicitur, ne regulares Canonici monachi fiant. Responderetur cum *S. Thoma 2. 2. q. 189. a. 8. ad secundum.* id decretum fuisse secundùm veteris Ecclesiæ morem, quando monachi Clerici non erant, nec divina ministeria tractabant, & ideò descensus videbatur, si quis ex Regulari Canonico monachus fieret: verùm, inquit *S. Thomas, si monachi sint*


Ddd

Cle

Clerici sacris mysterijs obsequentes, habent id, quod est Canonico Regularium, cum maiore austeritate.

Addidi autem in norando: dummodo in monasterio &c. quia non sufficit, ut Ordinis institutum, & regula arctior sit, sed requiritur præsens observatio; etenim ut transitus ad aliam religionem concessus sit, fieri debet non ex levitate, sed majoris boni zelo, is autem zelus & bona conscientia præcedens tunc apparet, si regularis observatio in monasterio, ad quod aliquis transiit, strictior sit; alioquin verò præstat, imò ex vi professionis quisque obligatur, ut in prima vocatione persistat, cum mutationes & transitus inconstantia iudicium præbeant, & raro in melius proficere sinant, quæ de re *S. Thomas cit. a. 8. in corpore*; & pulchre *Andreas hic n. 1.* ubi advertit, licet Ordo Prædicatorum profiteatur regulam *S. August.* tamen propter adjectas constitutiones, & ejus temporis observantiam, videri strictiorem, quàm Ordinem monachorum, & ideo transitum Prædicatoribus concessum non esse.

Vice versa à regula tradita, quòd ab Ordine monachorum non sit transitus concessus ad Canonicos regulares, excipe, si accadat, ut in Ordine monachorum, seu ubi arctior regula est, eà non observatà, remissiùs, & laxius vivatur, quàm apud Canonicos regulares, qui habent laxiorem regulam, tunc transire licet ad religionem minorem, ut à *Ioann. And. v. 3.* melius observatur. Opus tamen est in hoc casu, ut saltem in eadem Provincia, aut patria monasterium ejusdem Ordinis non reperiatur, in quo regula servatur, sicuti notat *hic Abbas n. 7.* faciliùs enim permittitur transitus de monasterio ad monasterium ejusdem Ordinis, quàm Ordinis diversù. Vide etiam Sanchez *lib. 6. mor. c. 7. q. 3. c. 11.*



CAPITULUM XI.

Significatur.

PARAPHRASIS.

Relatum est Alexandro III. quòd ante ætatem 14. ætatis timore Ludimaginibus habitum in monasterio acceperit; hoc intellecto mandat Papa, si ita res sit, beat, & ante expletum 14. annum non recesserit, ut à voto professionis, quod dicitur edidisse, absolutus pronuntietur: sin autem à parentibus oblatus sit, vel 14. annum ætatis implevit, cum Religionem intravit, habitumque accepit, vel si professionem à se prius habitam post 14. ætatis annum ratam habuit, ad eandem, vel aliam Religionem tunc appellatur.

SUMMARIUM.

Impubes à parentibus oblatus monasterio recedere non potest ante pubertatem.

Notandum primò. Si impubes à parentibus monasterio oblatus sit, recedere non potest ante pubertatem. Ita *hic & in cap. 6. sequente hoc tit.* Secus est, si impubes absque patris, aut tutoris oblatione in monasterium ingressus fuit, sicuti *Gl. hic do. de. a. parentibus.*

Notandum secundò. Votum solemniter legitimum ætatem, post adeptam ratum, ratificari potest, sed opus est ratione expressa *cap. 1. hoc tit. in 6.*

CAPITULUM XII.

Cum virum.

PARAPHRASIS.

Puella impubes à parentibus monasterio oblata fuit, & licet quandoque contraxerit, tamen cum pubes facta est, habitum, & votum professionis accepit, tunc contradixisse evidenter constat, sed postea egressa militi se matrimonio conjunxit: quæritum est, num ad matrimonium

nafterium redire cogatur. Respondet Clemens III. quod secundum *can. 48. Concilij Tolet.* 4. monachum, aut paterna devotio, aut propria professio faciat, utralibet horum fuerit allegata, tenebit: cum itaque puellam, tempore discretionis constitutam, eum habitum, & consecrationem accepisse, nec contradixisse ostendi possit, non potest ea professionis jugum excutere; praesertim, si quod gestum est, postea ratificavit: neque obstat Leonis I. responsum in *cap. puella 8. causa 20. q. 1.* quod puella, quae non coacta parentum imperio, sed sponte habitum susceperunt, postea nuptias eligant, praevarentur; ex quo per sensum contrarium inferri videtur, quod puella, quae non sponte, sed coacta imperio, habitum virginitatis acceperunt, sine praevarentione nubere possint. Respondetur enim, hoc intelligendum de ea puella, quae in aetate nubili per parentum imperium cogitur; tunc enim, quia liberum habet arbitrium, in electione propofici parentum non cogitur sequi voluntatem.

SUMMARIUM.

1. Non est attendenda contradictio impuberis a parentibus monasterio oblatis, ante pubertatem, ut inde recedere possit.
2. Quae de monachis statuta reperiuntur, ob paritatem rationis ad sanctimonialia extendenda sunt.
3. Probatio impedimenti ad validam professionem incumbit opponenti.
4. Imo non minus requiritur discretio libertatis ad statum Religiosum, quam ad matrimonium.
5. Cur puella non restituatur in integrum ante 25. annum, si coacta fuit impubes Religionem ingredi, post pubertatem tamen sponte professa fuit.
6. Ad quid obligetur parens, qui filium impuberem Religionem tradidit.

Notandum primò. Contradictio impuberis a parentibus monasterio oblatis non est attendenda, ut inde dimitti debeat, sed expectandum, donec annos pubertatis assequatur. Ita dixi in precedente *cap. & docet Suarez 10. 3. de Religione lib. 5. c. 2.* etsi pater impuberem contradicentem tradidisset, & coegisset ad Religionem, quod is permanere debeat juxta patris imperium, cujus voluntati, dum in ea aetate est, circa gubernationem vitae subijcitur; licet contrarium docuerit *Sylv. v. Religio 2. q. 10. Sanchez l. 4. moral. c. 18. n. 26.*

Notandum secundò. Quae de monachis statuta requiruntur, ob paritatem rationis ad sanctimoniales referri debent, prout ex *hoc c.* apparet, quando ea, quae a Leone I. in *epist. 95. ad rusticum* de monacho statuta sunt, quod monachum aut parentum oblatio (si videlicet pubertatem postea adeptus non contradicat, sed habitum suscipiat, vel in suscepto maneat) aut propria professio facit, ad monachum transfert.

Notandum tertio. Si confiter, aliquem professionem edidisse expressam, aut tacitam, & postea opponatur impedimentum dirimens, v. g. defectus aetatis legitimae, vis, seu coactio incutiens metum gravem, probatio ei incumbit, qui impedimentum opponit. Ita sumitur ex textu, & notat *hic Abb. n. 4.* ratio est partim, quia in dubio praesumendum est pro valore actus *c. Abbate 25. de verborum significatione*, & quidem, legitime quod factus sit: partim, quia possessio stat pro professione, ipsaque Religione, quae haec tenus hominem ut professum suum habuit.

Notandum quarto. In ordine ad statum Religionis, sicuti & matrimonium amplectendum liberi rationis discretionem, & arbitrij libertatem sequi censentur, cum annos pubertatis assecuti sunt, ita, ut in his actibus, votis inquam edendis, & statu amplectendo, non pendeant a patris voluntate, & imperio. Ita sumitur ex *hoc cap.* & notavit *Gloss. in cap. 1. causa 27. q. 1.* ubi ait, quod minores annis, tribus modis di-

Porrectum.

PARAPHRASIS.

Canonicus voverat se monachum fore, postea in morbum incidens cum timeret, se voto nondum expleto decederet, iunctis manibus se tradidit Abbati, in monachum, & fratrem; hoc in casu ait C. mens III. cum monachum non tunc habitus, sed professio regularis, non Canonicum compelli debere, ut monachus maneat.

SUMMARIUM.

1. Nec scripturam, nec verborum certam formam professio expressa requirit, nisi specialia alicujus Ordinis, seu specialia, seu substantialia, requirant.
2. Utrum consensus etiam Capitali necessarius sit ad validam professionem.
3. Professio religiosa valida esse potest, etiam non suscepto habitu religioso.

Notandum primò. Professio expressa, nec scripturam, nec certam formam verborum postulat, sed quibuslibet verbis, significantibus traditionem pericoræ, & ritum acceptam à Religione fieri potest. Ita *Gloss. hic, Azor 10. l. 12. c. 5. q. 7. Sanchez 1. mor. c. 3. & sumitur ex c. sicut 17. non nec.* Dixi primò: Scripturam non requiri, nisi ex hoc patet *cap.* Interim, professio per scripturam fieri solet, & ita fieri præcipitur *cap. ult. causà 20. q. 1. juncta Gloss. & dicitur Sylv. v. Relig. 3. q. 1. Sanchez. c. l. 1. ubi advertit, eum, qui tacite professio debet compelli posse, ut postea expressè procedatur per scripturam, causà certitudinis, & probationis, juxta *citatum cap. ult.* Dixi secundò: certam verborum formam non requiri: debet tamen adhiberi ea, quæ in regula præcipitur, aut in Ordine consuetuata est, ita tamen, ut si alia verba significancia usurpentur, valeat professio, etiam si nulla verba, sed alia sufficientia signa exprimentur; quare, quòd*

cantur. Primò. Quoad annos infantie; nam infans, seu usum rationis non habens dicitur, qui minor est 7. annis. *Lege si infans 18. cod. de jure lib.* Secundò. Quoad contrahendum matrimonium, item ad testamenti factionem. *L. qua aetate 5. ff. qui testamenta facere possint*, quorum incapax est mas minor 14. fæmina minor annis 12. *cit.* *Lege qua aetate*, ubi definitur, diem cæptum habendum esse pro completo, e. g. si quis natus anno Christi 1607. die 12. decembris post meridiem, hac die mane, quæ est 12. Decembris Anni 16; 1. testamentum condere potest. Tertiò. Quoad restitutionem in integrum, quæ minoribus 25. annis, id est, qui 25. ætatis annum nondum exegerunt, utroque jure tribuitur *vir. de in integrum restitutione.*

Quartit *Glossa citata*, cur puella, quæ à parente adacta, Religionem ingressa est, si adveniente pubertate in professionem expressè, vel tacite consensit, in integrum, ante completum annum 25. non restituatur, ut habitum deponere possit? Respondetur, quia non est læsa, quando ei nubitur, quo meliorem reperire non potest; minor autem non restituitur, nisi cum læditur *Lege verum 11. §. sciendum ff. de minoribus.* Adde, quòd sicuti matrimonium carnale, ita & professio, seu matrimonium spirituale, si semel ratum fuit, postea nõ rescinditur, cum habeat nexum indissolubilem.

Iterum quæres, ad quid obligetur parens, qui filium impuberem Religioni vovit? Respondeo, & dico primò. Inprimis debet illum tradere Religioni, etiam contradicentem, si putet, non obstante ejus contradictione fructum secuturum, quia paulatim Religioni assuescit, & animum puerilem mutabit. Dico secundò. Parens obligatur, quantum in ipso est, ut persuadeat filio Religionis professionem, qui cum factum alienum, seu ab alterius voluntate pendens, promittit, censetur promississe, curaturum se, quantum moraliter poterit, ut ab altero fiat, ut docuit *lib. 3. tra. 4. c. 4. affer. ult.*

sio consistit in traditione sui facta Religioni per votum solenne, habitus autem solet quidem esse signum hujus traditionis, ita tamen, ut res signata non pendeat à signo: sed neque habitus Religiosi susceptio semper est certum signum professionis, si extra Monasterium suscipiatur *cap. 3. hoc tit. in 6.* vel si in Monasterio habitus suscipiatur absque professionis intentione, *cap. consulti 20. hoc tit.* & tradit Gloss. *hic V. non faciat.*

CAPITULUM XIV.

Cùm simus.

PARAPHRASIS.

B, miles se unà cum filio impubere, & omnibus bonis suis Monasterio obtulit, filiūque habitu Monachali indui mandavit, sed filius non post multum temporis Monasterio egressus, bona patris religionem professi postulavit. Hæc causa cum ad Cælestinum III. devoluta esset, responderet, si puer ille, postquam annos discretionis, seu pubertatis attingit, habitum retinere nolit, cogendum non esse, cum ipsi tunc liberum sit habitum dimittere, & bona patris, quæ ipsi ex successione debentur, postulare. Consentit *cap. 1. causa 20. q. 2. cap. cùm virum 12. hoc tit.*

SUMMARIUM.

Patre proficiente in Monasterio statim debetur legitima liberis.

Notandum. Si Pater in Monasterio profiteatur, portio legitima statim debetur liberis, quia censetur spiritualiter mori, idèque locus est successioni, uti hic dicitur. Et ita intellexi *Gloss. final.* & secutus sum *lib. 4. to. 5. c. 3. n. 7.* Interim non prohibetur, vel ante, vel post professionem de bonis suis inter liberos disponere, & dividere, dummodo Monasterio partem virilem, eum *Kinds. Theil* relinquat, uti ha-

betur *in Auth. si qua mulier Cod. de III. Ecclesijs*, quæ refertur *causa 19. q. 3. cap. 29.* Si tamen pater disponere nolit, tunc hæc ipso Monasterio bona sua relinquere censetur, ita tamen, ut portio legitima liberis negari non debeat.

Veruntamen *Abbas hic n. 5.* & alij magis pauci apud *Barbosam n. 2.* arbitrari filij legitimam filij non deberi ante mortem patris naturalem, & ad textum hujus cap. respondere coguntur, patrem tunc mortuum fuisse, cum filius bona ejus petivit, quæ tamen nullo verbo indicatur, sed omnino contrarium, uti ex integra lectione apparet.

CAPITULUM XV.

Sicut.

PARAPHRASIS.

Relatum fuit Innocentio III. quod B. Sacerdos, cum gravi morbo laboraret, & extra se positus de vita desperaret, à Monasterij Monacho fuerit habitu Monachali indutus, & ad Monasterium delatus, paucis verò post diebus, cum convalesceret, cum licentia Abbatis Monasterio recesserit; idèque petiit ut in dicto Sacerdoti liceret in sacerdotali Ordine immuni à jugo professionis, consistere. Respondet Papa, licet habitus inter se repugnantia videantur, quibus aliquis extra se positus sit, & de vita desperet, si tamen ita est, uti referuntur Sacerdotem, cum habitu induerent, se positum fuisse, idèque non petiisse, quid ageretur, nec consentire potuisse, ipsum à monastico Ordine horum pronuntiandum, præterquam, si postea ad se rediens voluntate spontanea professionem ediderit.

SUMMARIUM.

- I. Nonnunquam etiam repugnantia proponens juxta æquitatem Canonum auditur.

2. *Qui alienus à mente professionem fecit, Religiosus ut fiat, debet de novo profiteri, postquam ad se redijt.*

3. *An & quando tempus amentia in probationem computari debeat, & possit?*

Notandum primò. Licet is, qui repugnantia proponit, audiri non debeat *cap. sollicitudinem 54. junctâ Gloss finali de appellation.* secundum aequitatem tamen Canonicam Papa annuit petitioni, sub conditione, si ea pars propositionis, ex qua petitio, & actio rectè formata est, vera existat, videlicet, quòd tum mentis impos fuerit, cum habitu monastico fuit indutus.

Notandum secundò. Si quis alienus à mente professionem fecerit, ad se rediens Religiosus ut fiat, necesse est, eum de novo profiteri, voluntate spontanea. Ita *Abbas hic n. 4. Sylv. verb. r lig. 5. q. 2. Sanchez lib. 5. M. c. 4. n. 53. contra Hostiensem, & Iannem And. hic n. 2.* existimantes, satis esse, si per taciturnitatem, seu non contradictionem professio rata habeatur; sed contrarium sumitur *ex hoc cap. opus esse, ut postea vel expressè sit professio, vel tacita, v. g. per exercitium actus proprii professorum: novo autem Trid. jure necessarium est, ut anno continuo, dum sanà mente aliquis est, in probatione steterit, quo expleto, si novitius in furorem incidit, & postea ad mentem redijt, statim professionem facere potest, seu expressam, seu tacitam, v. g. assumptione habitus proprii professorum, & sine tridui gestatione, uti suprâ notavi, & tradit Sanchez c. 1. 5. c. 3. n. 24. & cit. n. 53. in cap. 4.*

Quartit Sanchez eodem c. 4. v. 54. si aliquis, dum sanæ mentis fuit, ad probationem admittitur sit, sed corrente anno in amentiam lapsus, & postea sibi restitutus, an tempus amentia in probationem computari debeat? Responder rectè, & sequitur *Barbosa n. 3.* si fit ordinaria phrenesis, quæ morbo laborantibus supervenit, & non diu durat, non interrumpi novitiatum; secus si fit dementia extraordinaria, quæ sine alio morbo incidat, & diu durat

v. g. mense integro, tunc probationem non omnino quidem cessare (sicuti cessare infra dicam, si quis mutatâ voluntate ex religione discedat) sed interrumpi, ac veluti dormire, ut tempus istud computandum non sit, sed perinde se habeat, ac si non intercesserit, ideòque postea suppleendum, sive tantundem anno addendum, prout de interruptione præscriptionis dicitur *in L. 3. Cod. de præscriptio. 30. vel 40. annorum.* & explicavi *l. 3. 10. l. c. 8. v. 19.*

CAPITULUM XVI.

Ad Apostolicam.

PARAPHRASIS.

Ex hoc cap. habes notandum, quòd secundum Monachorum instituta tempus probationis regulariter fuit annus, uti sumitur ex Regula S. Benedicti 58. & c. 1. *causâ 17. q. 1.* Interdum verò biennium requirebatur, uti videre est apud *S. Gregorium ad Episcopum Neopolitanum, & refertur in c. Monasterijs 6. causâ 19. q. 3.* At verò idem S. Greg. relatus *in c. 1. dist. 53.* triennij probationem exigit in viris militaribus, si Religionem ingrediantur; ita in infulis alperioribus *supra c. 5. hoc tit.* quare *Glossa in cit. cap. 1.* putat, tempus istud probationis fuisse arbitrarium, vel rationem habitam fuisse, num conditio, & vita hominis esset cognita, nec ne, ut plus, vel minus temporis requiretetur, secundum *Hostiensem relatum in Gloss. Marginali cit. cap. 1. dist. 53. Gloss. in cit. cap. 1. causâ 17. q. 2. argum. c. ultimi eadem quæsti. 2.* videri potest *Azor t. 1. l. 12. c. 2. q. 6. Suarez 10. 3. de Religione 15. c. 12. n. 11. Trid. sess. 25. c. 15. de Regul.* universim præscriptus est annus professionis, & ita quidem, ut eo non præmissio professio nullam penitus vim habeat, in quomutatur jus antiquum, secundum quod illicita quidem erat ad Religionem admittio ante probationis annum (nisi necessitas

tas excuset) attamen valida, uti in hoc casu dicitur.

SUMMARIUM.

1. Arbitrarium fuisse videtur de jure antiquo tempus probationis, sive Novitatus.
 2. Fuit autem de jure Tridentini annus probationis, decretus, partim in favorem novitij, partim in favorem Religionis.
 3. Quo tempore in bissextili anno professionem quis facere possit?
 4. Annus probationis an debeat de momento in momentum computari?
 5. Pluribus ostenditur, quando dies cepta pro completa habenda sit, & quando non.
 6. Num annus probationis necessario sit continuus?
 7. Num interruptio modica annum probationis vitiet?
 8. Neque tamen necessarium est ad continuandum probationis annum semper in Monasterio novitium degere.
 9. Qui post expletum probationis annum recedit, & postmodum poenitentia ductus iterum redit, poterit de jure communi profiteri sine nova probatione.
 10. Qui professus in suo ordine transit ad aliam Ordinis alterius regulam, utrum praemittere debeat in illo Ordine probationem ante factam ibi professionem?
- N**Otandum primò. Probationis annus decretus fuit partim in novitij favorem, ut prius experiatur Religionis regulam, & vitæ institutum, ne inconsultò promittat, cujus eum postea poeniteat; partim in favorem Religionis & Monasterij, ut prius experiatur vitam, & mores hominis, ne si facile recipiat inquietum, & immorigerum, is toti corpori, seu congregationi molestias, & incommoda creet. Tametsi verò olim in utriusque partis favorem statutum erat, ut probationis an-

nus per utriusque partis renunciationem tolli, aut relaxari poterit, saltem validè, interdum etiam licitè: id tamen hodie in Trid. correctum est, & meritò quidem, cum annua probatio præcipue ob Religionis bonum sit constituta, & jure publico de cetero, juri autem publico privatorum prædictis, aut renuntiationibus præjudicari non potest *c. si diligenti 12. de foro compe-*

Dubitatur primò. Sialiquis anno 16. 6. Kalend. Martij probationem ceperit, anno sequente, qui est bissextilis, probationem edere possit primo sextili die; an verò alterum diem expectare debeat? Eisdemque dubitatio locum habet in aetate annorum 16. ad professionem requisitocompetentem uterque dies in bissextili computandus sit? Affirmat Sanchez lib. 2. de Mat. d. 24. n. 22. expectandum esse, & computandum utrumque diem, quia pro eodem labor *c. quævis 14. de verborum significat.* & sumpto argum. ex *Lege 3. §. non. ff. de min.* ubi dicitur ad compleendam aetatem 25. annorum in ordine ad petendam restitutionem in integrum, nihil vetere, aut quispiam in die bis sexto primo, an posteriori natus sit, quia uterque pro uno habetur, verum autem videtur, si 24. annus quispiam compleat in die bissexto, non videre est apud *Molin. 10. 2. de juri. d. 17. n. 2. Sanchez loco cit.*

Contrarium rectius docet *Henric. 1. d. 1. c. 19. Barbosa hic n. 6. pro Ordinis suscipiendis, & religiosâ professione.* Ceterum in computatione anni competentis ad annuam legitimam numerandam non esse alterum diem bissexti probatur, quia licet dies bissextus uterque computari possit, ac debeat in favorabilibus, quando talis computatio diei utriusque auget concessum favorem, aut odium diminuit, sicuti aperte constat ex *Lege 2. ff. de diversis temporibus præfixis* videlicet in terminis, seu iudicialibus dilationibus, in actionibus, quæ tempore finiuntur, & usucapionibus, in quibus dies uterque intercalaris prodest, si certa numerus dierum definitus sit, v. g. militie-

tra 30. dies pretium solvatur &c. in hoc casu certum etiam est, diem intercalarem in numero computandum. Quae de re *Flaminii de resig. beneficiorum l. 1. 2. q. 8.*

Attamen non ita computatio fieri debet, sed satis est in anno bissextili dies numerari 365, si materia odiosa sit; ne si plures dies, sive, quod eodem recidit, uterque dies bissextilis computandus sit, favor concessionis minuatur, vel odium, & onus augetur, uti constat ex *L. cum hares 4. §. Stichus ff. de statu liberis*, ubi dicitur, si Stichus libertas relicta sit, postquam uno anno servierit, & annus sit bis sextus, satis esse, si computentur dies 365, & hanc esse receptam doctrinam, videri est apud *Gloss. Abbat. & alios in cit. c. quasivit. Sylvest. v. aras q. 3.* Cum itaque in computatione anni probationis vel annorum 16. ad complendam aetatem pro professione utriusque diei bissexti computatio odiosa fiat, libertatem profitendi restringens, ideo sufficit, si annus probationis, vel annus 16. aetatis in anno bissextili compleatur, priorem bissextum computare, atque in eo profiteri, idque confirmatur ex *Lege cum Bissexium 98. ff. de verb. signification.* ubi expressè habetur, si aliquis natus sit anno bissextili, sive in priore, sive in posteriore bissexto natalem ejus in communibus annis fore 6. Kalend. Martij. Si autem annus bissextilis incidat, natalem ejus fore in die bissexto priore, non posteriore.

Dubitatur secundo. Num annus probationis, qui in Tridento, requiritur, intelligi debeat strictè, & de momento in momentum, ita, ut si aliquis habitum induerit, probationemque cepit die 17. Decembris 1630. post meridiem: revoluti anno professionem edere non possit die 17. Decembris ante meridiem, an verò dies ultima coepta videlicet 17. Decembris hujus anni 1631. habeatur pro completa, ita, ut ipso mane professionem edi nihil obster. Hanc quaestionem tractavit *Sanchez l. 2. de Matr. d. 24. n. 24.* & amplexus est eam sententiam, diem coeptam non haberi pro

completa, & tempus computandum de momento in momentum *argum. l. 3. ff. de min.* ubi dicitur, tempus 25. annorum, quod minori datur ad petendam restitutionem, in integrum computandum esse à momento in momentum, ita, ut si natus fueris anno 1606. die 17. Decembris hora 1. pomeridiana usque ad annum 1631. diem 17. Decembris horam 1. pomeridianam, pro minore habendus sis, in ordine ad juris beneficia concessa. Confirmatur ex eo: quando tempus determinatur incipiendo à certa die, computari id debet de momento in momentum secundum doctrinam *Burtonii in L. pater §. sexaginta ff. ad Legem Juliam de adulterijs. Gomez ad Legem Tauri 70. n. 25.* idemque docent *Sanchez c. l. & Mol. t. 2. d. 573. n. 2.* de annis 16. ad professionem requisitis, computandos esse de momento in momentum, seu in punctum temporis, in quo aliquis natus fuit, ita, ut ante illud punctum revolutis annis 16. à nativitate professio facta vires non habeat.

Arbitror cum *Rodrig. to. 3. q. 15. a. 4.* contrarium in utroque casu dicendum, videlicet diem coeptum habendum esse pro completo. *argum. Legis quâ aetate §. ff. qui testamenta facere possint*, & dixi supra in *c. cum virum 12. hoc tit.* quòd ita sentendum de facultate testamenti condendi, puberi concessa; item de facultate sponsalia contrahendi, post completerum septennium, & matrimonij contrahendi completo anno 14. ut dies coepta habeatur pro completa, sicuti fatetur *Sanchez l. 1. d. 12. n. 2. & 4. & cit. d. 24. n. 22. Covar. in 4. Decret. p. 1. c. 2. n. 2.* etenim ita licet argumentari: si casus aliquis in jure decisis non sit, à similibus casibus decisis rectè fit argumentatio, ut docent *DD. ff. de Leg. Lege non possunt*, & alijs, cum itaque casus iste de testamenti factione in jure decisis sit, ex quo ob similitudinem rationis idem docent *DD. de sponsalibus, & matrimonio carnali*, cur non idem dicere liceat de matrimonio spiritali, seu professione, quippe cujus non minor in jure favor existit?

E e e

idem

Idem quoque est de computatione annorum ad Ordines suscipiendos, prout indicat *Henriques l. 2. c. 10. in comment. l. K. Gloss. in Lege cum Bisextum 98. verbo intercalatur ff. de verb. signif.*

Inde argumentor, si alicui per Legem, aut iudicis sententiam prohibeatur, ne usque ad certam ætatem, vel usque ad annum completum aliquid faciat, præsertim, si ejus faciendi libera facultas esset, nisi lex, aut sententia prohiberet, tunc dies cæpta habenda est pro completa. *cit. L. qua ætate.* Ubi *Gloss. & DD.* communiter rationem dant, quia talis coarctatio facultatis, puta testamenti condendi, odiosa est, & ideo restringenda potius, quam extendenda, ut satis sit ad tempus complendum, si dies ultima advenerit, licet finita non sit. Pari ratione, si iudex, vel lex suspensionem alicui intulerit per annum continuum, adveniente die ultimo, licet non completo, relaxabitur suspensio, ut v. g. celebrare liceat summo mane, argumento eorum, quæ docet *Gloss. cap. quasvult 14. v. qui diu de verb. significatione*, licet in anno bissextili duo dies pro uno habeantur *cit. c. quasvult*, tamen in suspensionibus, aliisque odiosis unum diem sufficere ad complendum annum bissextilem *argum. leg. cum heres. §. Stichus ff. de statu lib.* At verò hic versamur in casu, cum Trident. constitutio liberam professionis facultatem restrinxit, ut valide fieri non possit ante annum probationis completum; item ante completum 16. ætatis annum: quæ restrictio ita considerata odiosa censetur, & ideo benignius est, ut dicamus, diem cæptam haberi pro completa.

Alia quasi opposita regula tradi potest ex *Lege 3. §. minorem. ff. de min.* Si lex in favorem aliquorum certum tempus decernat, intra quod quidpiam agere liceat, postea non liceat, tunc dies cæpta haberi non debet pro completa: sed computatio fiet de momento in momentum: quia favores non restringendi, sed ampliandi sunt. Exemplum habes, quòd beneficium restitutio-

nis in integrum competat minoribus, quæ ad exactum 25. ætatis annum, secundum computationem momenti in momentum, *citata Lege 3. §. minor.* item 60. dies concessi marito ad accusandam uxorem de adulterio integri sunt computandi de momento ad momentum, *cit. Lege pater §. 60.* & universim loquendo, si vel à Legi, vel ab homine, id est, Iudice, dilatio, vel temporis spatium concessum sit ad agendum, vel proponendum, ultima dies cæpta non debet haberi pro completa, imò tunc dies ultima in termino concessio comprehendendi videtur *argum. Legis qui ante 13. juncta Gloss. ff. de verborum obligationibus*, nisi aliud ex verbis colligatur.

Veruntamen universalem doctrinam, quam Sanchez tradit *in cit. d. 24.* in tempore determinetur incipiendo à certa die, quæ hinc post 9. dies, intelligendum esse de momento in momentum, non reperit apud DD. sed contrarium apud *Baldamium ubi n. 4. C. de jure domini imperatores.* Pars autem, non posse generalem tradi doctrinam, sed attendendum, num ex modo loquendi colligi possit, quæ fuerit mensa proponentis; in dubio verò sequenda iusticia, quæ supra dixi secundum juris regulam, in 6. odia restringi, favores contrariampliari.

Ulteriùs in confirmationem hujus sententiæ, quam censo juribus & DD. de conformem, argumentor, si alicui per dispositionem Legis, aut hominis concessum aliquid sit, postquam annum v. g. acquisitionis transactum fuerit, tunc amplius favoris causâ non fit computatio de momento in momentum, sed dies ultima cæpta habetur pro completa *argum. L. cum heres, §. Stichus, & clarius in Leg. in usucapionibus 6. & Lege sequente Gloss. ff. de usucap.* ubi respondetur, cum per usucapionis beneficium tribuant, si aliquis triennio rem mobilem cum bonis possederit, sufficere ad complementum usucapionis, si dies ultima sit cæpta, neque esse computationem faciendam de momento ad mo-

ad momentum : ubi clarè apparet, quomodo favor iste ampliatur, non obstante, quòd usufructus beneficium cum alterius præjudicio, quodammodo contra jus naturæ institutum sit. Ergò multò magis quando Trident. Conc. ingredientibus Religionem concedit, ut post exactum probationis annum professionem faciant, anni computatio fieri non debet strictè & scrupulosè de momento in momentum, sed moraliter ac benignè, uti est, quòd dies cœpta pro completa habeatur, cum hac in re de favore potiùs agatur, quàm de alicujus præjudicio.

Corollarium. Si Titius probationem inchoavit anno 1631. die 24. Februarij, Cajus eodem anno die 25. Februarij, Sempronius ultimo Febr. seu die 28. potest Titius anno sequente, qui est bissextilis, professionem facere manè die 24. Febr. seu in vigilia S. Mathiæ, Cajus in ipso festo S. Mathiæ; Sempronius penult. Febr. seu die 28. & quidem manè, ut dixi, non obstante, quòd probationem inchoaverit circa meridiem. Præterea si Sejus probationem inchoavit anno 1632. die 25. Febr. potest anno sequente die 24. Febr. sive in S. Mathiæ festo professionem facere; & Pamphilus, qui anno 1632. die ultima sive 29. Febr. probationem cœpit, altero anno in ultimo die, sive 28. Febr. professionem edere non prohibetur, secundum meam sententiam, quam arbitror esse ex mente aliorum Doctorum, contra Sanchez cir. loco & lib. 4. Mor. s. 4. n. 4.

Dubitatur tertio, Num annus probationis necessariò sit continuus, ita, ut si interrumpatur à Novitio, qui v. g. 6. menses in probatione steterat, postea dimissa Religione egrediatur, ac denuò mutatà sententià recipiatur, num. 6. illi menses computari possint; an verò ab initio probationem annuam inchoare oporteat. Non requiri tempus continuum, sed sufficere interruptum, tenuit Rota antiqua decis. 5. de regul. aliàs decisione 286. Durand. in speculo de statu Monach. S. 1. qualiter

concipiet libellum q. 37. n. 43. & videtur sequi Jason in L. si idem cum eodem. n. 7. ff. de jurisdictione judicum, & tumitur ex Lege Paulus 38. S. Cajus. ff. de lib. causa. ubi dicitur, si Cajus Stichum servum vendidit Lucio, ita, ut si continuo triennio servierit, eum manumittere teneatur, sed nondum exacto triennio Stichus fugit, & postea reversus est, libertatem consecuturum, expleto tempore, id est, si tanto tempore serviat, quanto in fuga fuit, sicuti Glossa & DD. intelligunt ex Lege servus 14. S. servus. ff. de statu liberi.

Sed contrarium fermè communiter tradunt in L. ult. §. quoties n. 2. ff. de pub. Abbas hic n. 9. Francus in c. 1. hoc tit. in 6. Sylv. v. Religio s. q. 4. Pertachinus in reperiario v. annus n. 10. Sanchez lib. 5. c. 4. M. n. 31. Azor 10. l. 1. c. 2. q. 8. Probatur: si enim in Lege, aliave dispositione mentio fiat anni, intelligi debet de continuo, nisi ex materia subjecta, vel præsumpta voluntate disponentis contrarium colligatur, uti ex communi docet Gutierrez l. 1. can. 1. n. 24. Azor, Sanch. l. c. Suarez t. 3. de relig. l. 5. de ingressu relig. c. 15. n. 3. ubi ait, id maxime verum esse, si terminus designetur, à quo annus computandus sit, uti videre est in Trident. s. 25. c. 15. de regul. per annum post susceptum habitum. Congruentia autem reddi debet, ut Novitius omnes, quæ toto anno offerri solent, asperitates Religionis experiat.

Ad citatam Legem Paulus respondetur, id in favorem libertatis specialiter decretum esse ex præsumpta mente testatoris; alioquin si vim, & proprietatem verbi confideremus, dici non potest, eum, qui continuo triennio servire jussus est, satisfacturum, si notabilem interruptionem fugiendo fecerit, etsi postea tempus fuga compenset. Et ita videtur sensisse Jason c. 1. ubi bene monet, hac in re multùm consideranda esse verba, & rationem statuti, v. g. si statutum sit: quicumque retinuerit Bannitum per 2. dies, solvat mille aureos; Titius autem retineat Bannitum uno die, postea dimissum,

sum, & interpositis pluribus diebus redeuntem recipiat, & iterum uno die retineat, non videtur incidere in pœnam Legis; sin autem Papa concesserit facultatem Religioso in Universitate studendi Juri Civili per totum triennium, poterit ea facultate uti, etiam temporibus interpolatis, secundum eundem Baldum in *L. non solum ff. de Excusationibus tutorum*.

7 Sed quæstio est, num interruptio modica, seu brevis moræ, annum probationis vitiet, ita, ut de novo inchoandum sit, si v. g. Novitius animo religionem deserendi, ex Monasterio, quamvis habitu retento (id enim ad quæstionem non interest, cum etiam Novitiatus interrumpatur, uti ex communi Sylv. & Sanchez testantur) discesserit; postmodum vero ductus pœnitentiâ reversus sit, & disciplina se iterum, atque obedientiæ subjecerit: asserit Sanchez cit. c. 4. n. 32. post *Lapum*, quem allegat Francus in cit. c. 1. hoc t. in 6. Navarr. l. 3. consilio 31. n. 1. de regul. editione 2.

Sed arbitror, contrarium esse probabilius, si consideratis circumstantijs mora modica sit, & si rim purgata per regressum, & pœnitentiâ, ejus rationem habendam non esse, neque Novitiatum moraliter loquendo interruptum censeatur; prout expressè contra *Lapum* docet Francus c. 1. & sumitur ex *Lege 3. ff. de divort. quidquid in calore iracundia vel sit, vel dicitur, non prius ratum est, quam perseverantia apparuit, judicium ansmi fuisse; ideoque per iracundiam misso repudio, si brevi reversa uxor est, nec divertisse videtur*. Et conferant huc, quæ ex communi doctrina congerit Tiraquellus in *tr. de judicio in rebus exiguis n. 68.* quod modicum intervallum non inducit rerum diversitatem & n. 98. quod propter modicum momentum non vitiat temporis tractus. Cum itaque quæstio hæc, num & modica diversione, vel egressu, Novitiatus interruptus censeatur, in jure decisa non sit, meritò ex similibus decisis in partem benigniorem responderetur; interim tutius, &

plerumque consultius est saltem ad constitutionem hominis magis probandam, ut Novitiatus ab initio inchoandus ei impeteretur.

His adde primum, quod rectè tradit Navarrus c. consil. 32. *Rodrig. l. 3. q. 11. n. 10.* necessarium non esse ad continuationem probationis annum, ut semper in Monasterio Novitius degat, sed ubicunque morabitur de licentia Prælati, sub obedientia ideoque in probatione persistet.

Alterum, quod rectè tradit *Gloss. verp. 31. in 6. Sylv. l. c. Sanchez c. c. 4. n. 34.* post expletum Novitiatus annum quicumque Religionem deseruerit, & postea iterum conceptus sit, posse eum admitti ad professionem sine nova probatione; quod etiam tunc locum habere ait Sanchez, si *2. 2. 2.* ejusdem Ordinis, & regularis observantia Monasterium Novitius ingredatur. Si vero men ex inconstantia aliqua recesserit Novitius, plerumque expediet probationem novam, si non totius anni, saltem aliquot temporis, quatenus necessariū vitium fuerit, præmittere. Eademque ratione, si post modicum v. g. annum Novitius ad aliud Monasterium ejusdem Ordinis transfugerit, necessarium non esse, Novitiatum de novo inchoare, sed interdum consultum.

Dubitatur quartò. Si professus ad vitam alterius Ordinis aut regularis Religionis transferat, utrùm ante professionem in ea Religione, quam facere debet, probationem etiam annum necessariò præmittat. Negat Henricus l. 13. c. 40. n. 2. in com. cit. Sed contrarium est dicendum cum Navarro consil. 61. de regul. editione 2. *Sa v. relig. n. 38. Rodrig. a. 11. Sanchez n. 22.* nam & constitutio Trident. & ratio constitutionis locum hic habet, si ad quamcunque religionem strictiorem, aut laxiorem transierit, quod professio nova secundum regulam faciendâ sit, & ea probanda.

Porro rectè ostendit Sanchez lib. 7. de Mat. disp. 37. n. 45. & seq. non esse Novitiatum repetendum ex ea causa, quod professio ex aliquo defectu irrita fuerit. *Imo, quod*

De Regularibus & Transeuntibus ad Religionem. 405

quod nec in eo casu, in quo professio edita fuit ante expletum annum probationis, necesse sit totum annum repetere, sed supplere tantum, quod omissum est, & postea professionem ratificare, probari potest, quod neque jure antiquo Novitatus annus repeti debuerit, propter professionis vitium, cum sufficeret, eam sublato defectu ratificare, juxta *cap. significatum 11. c. cum virum 12. hoc. tit.* à jure autem antiquo recedendum non est, nisi necessitas cogat. *Lege precipimus 32. in fine cod. de appellat.*

CAPITULUM XVII.

Sicut.

PARAPHRASIS.

Clericus quidam desperans de sanitate & vita, Canonicorum Regularium habitum petit, & impetravit, sed nec ad ipsos transit, nec desit bonis suis uti, videntibus, & scientibus Canonicis: rescribit Pontifex, cogi debere ad relumendum habitum, si illum petiit, & sua se professione ligavit; nec obesse, quod tanto tempore extra Canoniam manserit; per hoc enim eum non excusari, sed potius ejus transgressionem augeri.

SUMMARIUM.

1. Qui habitum professorum petit, & assumit, de jure antiquo expressè censetur profiteri.
2. Contra Religionem prescribere non potest professus, quamvis in saeculo multo tempore vivat.
3. Diuturnitas temporis in malefactis non excusat.

Notandum primum. Si habitum aliquis professorum petat, & assumat, expressè profitendi intentione, verè professus efficitur, cum ad substantiam professionis certa verborum forma non requiratur, neque opus sit, ut

in Ecclesia, aut monasterio fiat, cum etiam foris, & in lecto fieri possit. Ita hic, & dixi in *cap. porrectum 12. hoc. tit.* Sed jure novo opus est, annum probationis continuum præcessisse.

Notandum secundum. Professus Religionem, etsi longo tempore in saeculo maneat, & bona tanquam propria retineat, nunquam tamen contra Religionem prescribere, aut vinculo, quod sibi sponte imposuit, se liberare potest. *c. quod Deo 4. c. 32. q. 3.* & tradit hic Gloss. quod Religiosus contra bonum obedientiae prescribere non possit *argum. l. 1. Cod. de servis fugit.*

Notandum tertium. Diuturnitas temporis in male factis, non excusat, sed auget culpam propter perseverantiam. *Authentica, ut nulli judicium S. 1. v. neque enim angarijs. Male enim adinventis, neque ex longo tempore confirmantur.* Et in *Lege Inficiando §. infans. ff. de furtis*, ubi Celsus ait, esse quoddam ridiculum, aliquam meliorem furis conditionem esse propter continuationem furti existimare.

Corollarium. Si professus iste in saeculo mortuus fuisset, monasterium in bonis ejus successisset: neque enim negligentia Prælati ad monasterium eum non compellentis obesse monasterio debet, uti *Abbas hic* monet. Vide *Gloss. hic v. & significat*, & quæ dicentur in *cap. unico.*

CAPITULUM XVIII.

Licet.

PARAPHRASIS.

Rescribit Pontifex licere Religiosis ad arctiorem Ordinem vitæ melioris desiderio transire, licet Prælati contradicat, & Ordini, in quo degunt, indultum sit, ne ejus Professi transeant ad alium etiam arctiorem Ordinem; ejusmodi enim indulto solum caveri, ne Professi ex temeritate vel levitate ad alium Ordinem transvolent. Si verò dubium sit, an quis ex temeritate transire velit, an

Ecc 3

vii 2

vitz melioris desiderio, Superioris iudicium esse requirendum.

SUMMARIUM.

1. Privilegium interdum conceditur, quamvis nihil novi ultra jus commune contineat, ad specialitatem aliquam, & majorem certitudinem exprimendam.
2. Quæ conditiones servanda, ut Religiosus ad strictiorem Ordinem transire possit de jure communi?
3. Quid si Prælati neget licentiam?

Notandum primò. Interdum ita privilegium conceditur, ut ultra jus commune nihil de novo tribuat, sed id solum operatur, ut quod jure communi concessum est, specialius, & certius exprimat; nam decretum speciale plus timeri solet, quam generale *c. si adversus 9. de hæreticis* & notat hic *Abbas n. 1.* & sumitur ex hoc *cap.* quando declaratur, privilegium Regularibus quibusdam à Sede Apostolica concessum, ne ab eorum Ordine ad aliam etiam strictiorem Religionem transire liceat, intelligendum esse, sicuti communi jure dispositum est, ut sine licentia petita, aut temerè, seu ex levitate, transitus non sit permissus; etenim si absolute & generatim, prout verba privilegij indicant, accipere vellemus, ad strictiorem Ordinem non esse permissum transitum, tunc inspirationi divinæ, & legi propriæ charitatis, quæ semper præponderare debet (cùm charitas incipiat à se, & proximus quisque sibi) apertè repugnaremus: non oportet autem ita privilegium intelligere, ut quidpiam absurdum inde sequatur, aut quod Ecclesiasticæ traditioni repugnet. Limitari debet: si in privilegio expressè contineatur, ut ad alium quemcunque Ordinem transire non liceat, nisi à Superiore licentia non petita tantum, sed etiam obtenta fuerit, ut hic advertit *And. n. 2. Sanchez 6. moral. c. 7. n. 10. & 21.* si enim ita expressum sit, non potest du-

bitari de intentione decernentis, cum claris non sit locus conjecturæ, aut interpretationi; dummodo non desit potestas discernente, quæ hic non desit, saltem in étato publico Religionis, seu Ordinis, cujus bono, ad cujus conservationem permittatur, nisi Ordinis Superior, cui cognitâ, consensum dederit: qui licet omnibus diligenter consideratis existimaverit, & ad petentis spirituales saltem profuturum, & Religioni damnum non secuturum, licentiam dare in conditionibus repugnare videatur, sicut *Extr. vag. l. quæ est Martini IV. de regul. prohibetur*, ne quisquam Religiosus Ordinis Mendicantis ad Ordinem Monachorum, seu Religionem non mendicantem, sicut Carthusianorum, sine speciali Pontificis concessionem transeat, sub pena excommunicationis. Quamvis interdum repugnare non possit, Monachorum Ordinem respectivo strictiorem, quam sit Mendicantium Ordo.

Coroll. Cùm in privilegio, in quo prohibetur transitus ad aliam Religionem, quamvis strictiorem, excipi solent Carthusianorum, at verò à Carthusianorum ad alium Ordinem sub motivo æquioris Religionis nunquam legatur transitus, sequitur, Carthusianam Religionem, absolute loquendo, omnium strictissimam esse, propter perpetuam à carnibus abstergentiam, chorum, & silentium, & ciborum perpetuam, uti notat *Sanchez 6. moral. n. 29.*

Notandum secundò. Spectato communi jure Religiosus transire potest ad Religionem strictiorem, si hæ conditiones sint. Prima, ut non temerè, seu ex malivolâ perfectione, v. g. odio erga Prælatum, & pura intentione perfectionis majoris transseat. Secunda, ut id non fiat cum detrimento notabili Religionis, seu Monasterii. Tertia, ut licentia prius à Prælato petita. Ita *c. non est 7. hoc tit.* Quod si una ex his con-

ditionibus desit, revocari potest transiens à Prælati suo, tamen in altero Ordine professionem ediderit; quippe cum ea irrita sit, sicut explicat Sanchez n. 88. & docet Abb. p. 1. con. 95. nam propter publicum bonum cujusque Religionis, transitus, & liberatio à prioris professione, non aliter permittitur in sacris Canonibus, ut hic & c. 1. 2. 3. can. 19. 9. 3. Limitatur cum And. hic n. 2. & alijs apud Sanchez. si cætera adfint; at verò si Religio grave detrimentum patiat, post transitum petum, & obtentum, professionem in altero Ordine fore validam, sed Ordini graviter læso beneficium restitutionis in integrum concedendum; quam esse communem doctrinam fatetur hic Abbas n. 12. quamvis ipse dubitet.

Notandum tertio. Si Religiosus bono Zelo motus à Prælati suo ad strictiorem Ordinem transendi licentiam petiverit, & is irrationabiliter neget, etiam, eo invito, liberè transire potest. Ita hic, & docent omnes.

Limitatur, si ratio à Prælati allata aperte falsa, aut frivola esset, tunc certum quidem est, non obstante ejus contradictione, regularem transire posse cap. sanè 10. hoc tit. At verò si res dubia sit, tunc Superioris Prælati, v. g. Episcopi, aut Generalis Ordinis judicium requirendum est, uti in textu dicitur; consequenter re dubia existente, si ve lite penesente transire non potest Religiosus, nec ab altero monasterio recipi, absque licetis dimissorijs, & non existente notoriâ Prælati pravitate argum. c. 3. can. 19. 9. 3. Sin autem transierit, spectato jure communi, ante omnia restituendus est priori monasterio, quippe quod possessione sua malè privatum fuit; notum verò est, quòd spoliatus ante omnia restitui debet. c. l. c. in litt. 5. de restitut. spol. & tradit hic Innoc. n. 4. licet aliter And. n. 9. Abbas in fine c. senserit. Vide Sanchez c. 7. q. 4. n. 35. & n. 101.

Ad extremum dicendum est, quòd transitus ad strictiorem Religionem, postquam transiens ad suam revertus est, iterum, &

iterum concedendus sit, cum nullo jure prohibeatur, nisi specialia extent privilegia alicujus Ordinis, qua de re Sanchez c. 7. n. 31.

CAPITVLVM XIX.
Veniens.

PARAPHRASIS.

G. Mulier Pontifici proposuit, quòd postquam matrimonium in facie Ecclesie contradixisset cum E. & diu ei cohabitasset, inter ipsos dissensio orta fuerat, adeò, ut neuter ab altero conjugij debitum peteret; cujus divortij causam esse uterque juravit, quòd vir ante matrimonium amitam mulieris carnaliter cognovisset, quòd ipsum, etsi plurimi assererent, Ecclesie tamen super hac re fides facta non est; accidit deinde, ut uterque alias nuptias contraheret, & alter maritus G. ante ipsum moreretur, prioris marito vivente, tunc mulier in arcto loco ad penitentiam agendam se inclusit, sed conscientia urgente consilium ab Innocentio III. petijt: hic causam hanc delegans imprimis declarat, juramentum à viro, & muliere editum fuisse illicitum; postea mandat, ut virum superstitem delegati, monitione prævia, compellant ad eam, quam superinduxit mulierem abijciendam, & G. mulierem recipiendam; postea verò super matrimonio illo controversiam ortam cognoscant; quòd si adversus matrimonium non fuerit aliquid demonstratum, & vir sæculo relicto maluerit ad vitam regularem transire, licentia ipsi tribuenda erit, ut etiam mulier in suo proposito perseverare possit.

SUMMARIUM.

1. Mutua renuntiatio conjugatorum de debito conjugali, si fiat tantum ex indignatione mutua, & nullo bono Zelo, nulla est, quamvis sit jurata.

2. Si

2. Si tamen à se invicem recedant conjuges, post contractum in facie Ecclesie, & consummatum matrimonium, potest unus alterum repetere.
3. Neque potest in tali casu ad alias nuptias transire conjugatus, ex præensione impedimenti, nisi Ecclesia hoc probaverit.

1. Notandum primum. Mutua renuntiatio debiti conjugalitatis si temerè sine iusta causa, v. g. ex contentione, fiat, etiam jurata, nullius roboris est *c. tua 24. de iur. iur.* & ideò vel iudicis officio, vel ad petitionem alterius conjugis redintegrandum est matrimonium, quippe, quod ob sacram significationem indissolubile vinculum, & individua vitæ societatem postulat. Ita docui *L. 5. t. ult. p. 2. c. 2. & p. 3. c. 11.*

2. Notandum secundò. Si conjuges, qui in facie Ecclesie contraxerunt, & consummarunt matrimonium, postea se temerè separarint, unus eorum petere potest sui receptionem, ad eò quidem, ut altero recusante, jure suo spoliatus censetur, & ideò statim restituendus, ac recipiendus sit; idque non obstante exceptione de matrimonij dirimente impedimento, quia hæc quæstio de iuris proprietate, postea agitari, & dissolvi debet. Ita etiam habetur in *cap. ex transmissa 8. h. cap. litteras 13. de restit. spol. & docui eodem tit.*

3. Notandum tertio. Qui in facie Ecclesie matrimonium contraxerunt, non possunt ad alias nuptias, prætextu impedimenti dirimentis, transire, nisi prius Ecclesie fidem fecerint, seu ostenderit impedimentum; præterquam, si notorium sit. Ratio est, quia agitur hic de valore Sacramenti, ideòque de re gravissima, & valde præjudiciali. Quam ob rem requiritur probatio plena *argum. c. 1. de consanguinitate & non sufficit fama, ut hic apparet, & ex c. 3. caus. 35. q. 6. & tradit Mascar. de prob. con. 335. n. 26. Sed nec sufficit confessio impedimenti ab utroque conjugè facta, ut docent DD in c. super ea 1. de eo, qui cognovit.* Ratio est, quia

non, uti in alijs contractibus, ita etiam in matrimonio (quippe cujus nexus indissolubilis est) partes per mutuum consensum, seu renuntiationem, obligationem tollere, seu invicem remittere possunt. Vide, quæ dicitur *cit. p. 3. c. 11. n. 1. Sanchez. 2. de matr. disp. 45.*

Notandum quartò. Si unus conjugum Religionem ingrediatur, alter verò vitam continentiam in sæculo edere velit, petendum est divortium. De hac re *vid. p. quente.*

CAPITVLVM XX.

Consulti.

PARAPHRASIS.

Olim, si quis Religionem intravit, habitumque novitiorum sumpsit animam tamen absolute mutandi, & DEO in perpetuum in Religione servandi, ad statum reverti non potuit, sed cogitatum erat, ut Religionem aliquam, licet laxiorem, profiteretur. Ita tractatur hoc *cap. & dicitur infra in c. 2. h. tit. 6. Verùm id hodie locum amplius non habet, ut supra diximus.*

CAPITVLVM XXI.

Postulasti.

PARAPHRASIS.

Novitij, tamen si minores ætate sint, liberam habent ad sæculum redeundi libertatem, neque ipsis quidpiam ad beneficium honores, aut dignitates consequenda obesse debet, quòd tonsuram, aut habitum novitiorum in Religione gererint.

CAPITVLVM XXII.

Ex parte.

PARAPHRASIS.

Mandat Pontifex Episcopo Venetensi, ut eos, qui per annum gestarint habitum

Monachalem, Ecclesiasticâ Censurâ compellat ad regulam secundum formam Ordinis profitendam, & servandam.

SUMMARIUM.

Quâ ratione compelli quis possit ad Professionem faciendam?

Notandum. Episcopus compellere potest Religiosos non exemptos, ut post finitum probationis tempus professionem edant, paupertatem, continentiam, & alia regularia statuta observent.

Limita, & declara, quod non prohibeantur Ordinum Prælati quicumque, in casibus particularibus, ob justam causam, post finitum probationis annum professionem differre; sicuti ex communi docet Sanchez l. 6. Mor. c. 4. n. 21. Talis causa est, si novitius diutius probandus videatur, vel nondum de bonis suis disposuerit; imò ordinaria causa erit, si ætatem requisitam, videlicet 16. annos nondum complerit; potest enim novitatus mox post exactum annum 14. in masculino inchoari, consequenter post annum expletum adhuc in probatione manet, donec annum 16. exegerit, ut profiteri possit, sicuti notat Suarez t. 3. de Relig. l. de ingred. c. 13. n. 3. Azor t. 1. c. 12. q. 9.

CAPITULUM XXIII.

Statuimus.

PARAPHRASIS.

Statuit Gregor. IX. Novitios liberè egredi posse ante professionem edram vel allumptum habitum Professis proprium: nisi evidenter appareat, quod absolute statuerint, domino in Religione perpetuo servite. Ad ambiguitatem verò tollendam, jubet, habitum Novitiorum ab habitu Professorum distingui.

* *

SUMMARIUM.

1. Novitius liberè egredi potest ex novitatu.
2. Nec expensas in sui sustentationem factas solvere tenetur, nisi pactum de solvendis illis antecesserit.
3. Quandonam censeri debeat, quòd quis tacite fuerit professus?

Notandum primum. Novitius liberè & Religione egredi potest, ita ut à nullo egrediendi licentiam petere teneatur. Ita sumitur ex hoc cap. & notat Abbas n. 1. nam hæc est vis hujus vocis, liberè, quòd aliquid liberè quis agere dicatur, si à nemine vetari, aut prohiberi possit. Requiritur autem ad verum novitatum, seu annum probationis inchoandum, ut pubertatem sit assecutus.

Coroll. Neque impensas in sui sustentationem factas novitius egrediens solvere cogitur, prout ex communi docet Sylv. hic v. Relig. s. q. 8. Rodrig. t. 3. regul. q. 15. a. ult. Sanchez d. mor. c. 16. n. 4. qui limitat, nisi pactum antecesserit de solvendis expensis, sicuti apud Moniales consuetudo est, quæ limitatio colligitur ex Trident. Sess. 25. c. 16. de regul. ubi irritæ declarantur donationes monasterio factæ ab ingredientibus, excepto victu, & vestitu novitij ejus temporis, quo in probatione est: si ergo pro sustentatione aliquid dari potest, etiam de dando promissio fieri potest, ita tamen, ut ratione ejus obligationis libertas personæ ab egressu non impediatur, sicuti Suarez notavit t. 3. de relig. l. 5. c. 11. n. 5. arg. hujus c. c. 2. eodem in o.

Notandum secundum. Si quispiam pubes factus, seu post annum 14. ætatis, habitum Novitiorum, non distinctum ab habitu Professorum gestavit, censeri debet tacite professus. Limitatur verò, & declaratur in textu, si nulla omnino sit distinctio inter habitus; sin autem aliqua, saltem latens distinctio sit, ut quia vestes novitiorum non benedici solent, sed professorum

Fff

bene-

benedicuntur, tunc gestatio habitus Novitiorum per annum non inducit professionem tacitam. Idem habetur in *c. 1. §. ult. hoc t. in 6.* Hæc declaratio seu limitatio sublata est in *Clement. 2. hoc tit. & decretum*, ut pubes deferens habitum novitiorum non patenter, sed latenter, ut dixi, distinctum, ceteri debeat tacite professus: atque huic tacite professioni adhuc hodie locum esse testantur *Navar. Conf. 34. de reg. n. 5. edit. 2. Sanchez 5. mor. c. 3. n. 36.* dummodo Novitius ætatem legitimam compleverit.

Quam ob rem in Religionibus, in quibus habitus Novitiorum ab habitu Professorum, patenter distinctus non est, Novitius si manere nolit, vel Ordinis regulam diutius probare cupiat, circa finem anni probationis protestari debet, se non gestare habitum animo profitendi, sed tantum probandi Religionem. Veruntamen, si vel statutum sit in monasterio, aut consuetudo, seu communis persuasio, quod nemo censetur professus, sed semper ab Ordine dimitti possit, donec ad novam vestium benedictarum assumptionem, vel donec ad expressam professionem admissus sit; tunc tacite, seu præsumptæ professioni locus nullus erit, uti notavit *Sanchez c. 13.* & ideo puto casum hujus tacite professionis rarissimum esse.

CAPITULUM XXIV.

Ne Religiosi.

PARAPHRASIS.

Ne Regulares vagandi occasionem habeant, ac propria salutis detrimentum incurrant, & peccatis eorum Prælati obnoxij fiant, statuit Greg. IX. ut ij, qui generalibus Capitulis præsident (ut dicitur in *cap. penult. de stat. monach.*) seu Abbates, annuatim suos fugitivos, & ejectos requirant: qui si in monasterijs suis recipi possint, secundum regulam (nam v. g. regulâ S. Benedicti, 29. prohibetur, ne qui ter fugitivi facti sunt, iterum recipiantur) monitione præviâ, per cen-

suram compellantur ad redeundum, si vâ Ordinis disciplinâ; sin autem Ordo non patitur, ut recipiantur, tunc Apostolicâ auctoritate provideant, ut in eodem monasterijs, si sine scandalo fieri possit, alioquin in alijs ejusdem Ordinis ad agendam penitentiam includantur, & vitæ necessaria ministrantur: sin autem illos inobedientes esse compertum eos excommunicent, & curent ab Episcopis, & Prælatibus publicè denuntiari, prout diu excommunicatos fore, donec mandato ipsorum præsidium, aut Abbatum pareant. Hanc constitutionem hodie fermè in desuetudinem venisse annotat *L. 4. tract. 5. c. ult. q. 4.* Vide etiam innovationem factam à *Card. congregacione anno 1624. die 21. Septembris, quâ Barbosa hic in fine.*

CAPITULUM I.

in Sexto.

Is qui.

PARAPHRASIS.

Qui ante annos pubertatis Religionem ingressus fuit, adeptus pubertatem liber egredi poterit, nisi post actam legitimam, Professionem fecerit expresse, vel habitum Religionis, qui Profectus dicitur solet, susceperit, vel Professionem, quam ante pubertatem fecit, postea tacite habuerit expressè.

SUMMARIUM.

Quando sufficiat tacita professio, quando non?

Notandum. Qui professionem edidit ante pubertatem, debet eam, postquam annum probationis, & actam annorum complevit, expresse ratificare, at verò si professionem edidit pubes factus, sufficit, si postea completâ ætate 16. annorum, tacite ratificet, exercendo v. g. cum Professorum proprios, dummodo tacite professionem priorem irritam fuisse, docuit *Navarrus con. 27. de reg. Sanchez*

De Regularibus, & Transeuntibus ad Religionem. 411

l. 7. de matrimonio. Cætera, quæ in hoc cap. dicuntur, ex suprâ dictis intelliguntur.

CAPITULUM II.

Non solum.

PARAPHRASIS.

Distictè mandat Alex. IV. Fratribus Prædicatoribus & Minoribus in virtute Obedientiæ, & sub pœna Excommunicatiõnis, ne quemquam ante annum probationis elapsum recipiant ad professionem, aut intra dictum annum impediunt, quò minus ad aliam Religionem transeat, vel omnino ad seculum redeat; nisi major 14. annis expressè vel tacitè professus sit, aut evidenter constet, illum vitam mutare voluisse. Decernit insuper, eum, qui contra hunc Canonem recipitur, non esse Ordini alligatum, ac recipientes à receptione quorumlibet ad professionem, esse ipso facto suspensos, & pœnæ gravamini subdendos.

SUMMARIUM.

Circa Professionem ante completum annum Novitiatus emissam diversis temporibus diversa fuerunt statuta.

PRO intellectu Capituli tria tempora distingue: nam olim annus probationis, secundum regulam præscriptus erat, sed ita, ut ei renunciari posset à recipiendis, & recipiendis, idèoque ex utriusque partis consensu, professio fieri ante exactum annum. *c. ad Apostolicam 16. hoc tit.* At verò juxta tempus hujus Capituli renuntiatio ista in Religionibus Mendicantium Fratrum Prædicatorum, & Minorum, sublata est, ita ut licitè fieri non possit professio, ante completum annum; atramen facta obligaret, non quidem ad hanc, sed ad Religionem aliquam, quam professus ingredi mallet: in alijs autem Religionibus nulla veteris juris correctio facta est, Denique

Con. Trid. *Sess. 25. c. 15. de regula.* univèrsim statuit, ut professio in quacunque Religione (exceptis Militaribus, in his enim professio fieri solet etiam circa annum 13.) ante exactum annum probationis, & completum 16. neque licita, neque valida sit, nullumque effectum producere possit. Vide, quæ docui in *cap. consulti 20. & cap. penult. hoc tit.*

CAPITULUM III.

Constitutionem.

Quæ hîc dicuntur, fermè sublata sunt per Trident. Inrelliguntur verò ex ijs, quæ dixi in *c. ad nostram 8. & c. penult. c. 1. hoc l. & tit.*

CAPITULUM IV.

Beneficium.

PARAPHRASIS.

Si Clericus Beneficiarius Religionem ingrediatur, beneficium ejus intra annum probationis alteri conferendum non est, nisi ipse consentiat; vel nisi constet, quòd vitam voluerit absolute mutare; vel nisi professionem fecerit expressam, vel tacitam: sed interea dum annus probationis durat, beneficio per vicarium inserviri debet, de proventibus parte congruâ eidem assignatâ.

SUMMARIUM.

1. *Beneficium ingressi in Religionem Beneficiarii non vacat, durante novitiatu; & exceptiones, quæ in hoc textu ponuntur, hodie vi Tridentini locum non habent.*
2. *Novitius Canonatum habens, utrum tempore novitiatus jus suffragij habeat, Pralaturâ vacante?*
3. *Novitio num conferri possit Beneficium?*

Fff 2

Notan-

¹ Notandum. Durante anno probationis beneficium ingressi Religionem non vacat, & ideo alteri conferri non potest.

Exceptiones, quæ in textu ponuntur, hodie locum non habent, cum ante expletum probationis annum, nulla professio fieri possit, sed neque beneficio ab ingrediente validè renuntiat, nisi renuntiatio fiat intra 2. menses proximè antecedentes professionem, juxta *Trident. Conc. Sess. 25. c. 16. de regul.*

Porò tamen in hoc cap. de anno dicitur, quo beneficium novitij vacare debeat, quia regulariter novitatus tanto tempore durat, tamen, si probatio, seu propter Ordinis regulam, seu ætatis defectum, aliãve justam causam diutius protrahatur, etiam beneficij collatio differri debet, ut videre est apud *Sanchez 7. mor. c. 4. n. 6. & docui l. 3. tr. 5. c. 7.*

² Quæritur primò. Num novitius Canonicatum habens, vacante prælaturâ, si electio sit faciendâ, jus suffragij habeat? Videtur esse affirmandum ex communiore contra *Monachum hic*, eò quòd novitio jus beneficij, cui electio tanquam fructus quidam annexa est, competat, prout *Archidiaconus Joann. And. & Francus* notat, & tumitur ex *tex.* quando dicitur, portionem tantum vicario dandam esse.

Veruntamen cum novitius intra annum inter eos, qui nec solent, nec debent vocari, meritò reputetur, quippe, qui à sæculo se sponte segregavit, ideo vocandus non est; attamen si veniat, repelli non potest. Quæ est sententia *Glossæ, & Franc. Azor t. 1. c. 13. c. 3. q. 1.* Addit *Gloss. recepta*, si jus eligendi, aut præstandi competat novitio, non jure Collegij, sed speciali ratione dignitatis suæ, aut beneficij, intimandam ipsi esse vacationem præbendam, aut prælaturæ; quemadmodum etiam investituræ in feudis, si ad novitium jure personali, seu speciali pertineat, & ab eodem conferri debeat; quippe cum jura, & bona sua ante professionem retineat,

Quæritur secundò. An novitio beneficium conferri, vel ad id eligi possit? Respondeo & dico primò. Ad prælaturam regularem, nisi Episcopalis sit, eligi non potest novitius, seu qui Religionem professus non est, *cap. nullus 28. de elect. in 6. Sed* neque ad alia regularia beneficia secundum *Clement. unicam de supplenda negligentia & c. & Clement. 1. §. sane de statu monachorum.* Ubi requiritur, ut is, cui beneficium regulare datur, expressè professus sit. At verò spectato *Concilio Trident. Sess. 14. de ref. novitijs*, imò etiam is, qui habitum nondum susceperunt, sed suscipere parati sunt, beneficia regularia, in titulum conferri possunt, ita tamen, ut professionem emittere teneantur, alioquin beneficium resignare cogantur, prout explicat *Sanchez t. 3. de relig. l. 5. c. 16 n. 14. Sanchez l. 1. c. 3. n. 24.*

Secundò beneficium sæculare validè conferri, vel ad id eligitur novitius. Ita *Lap. & Franc. Navarr. con. 44. de voto edit. 1. Garz. p. 7. de beneficijs c. v. n. 5. contra Gloss. v. conferendum. ibidem Monach. & Dominicum.* Probatur ex eo, quòd novitius secundum statum suum capere beneficij, & nullum extat jus, quo in ipso factus sit. Hinc infert *Sanchez primò.* Quòd novitius beneficium cum altero commutare possit. Secundò infert, si beneficium taceat, quod ex fundatione sua primogenitum v. g. ex certa familia debetur, qui sit novitius, conferri non posse, sed expectandum donec voluntatem suam acceptandi, vel in eo tempore, quo potest, renuntiandi decideret. Alioquin verò, ut novitijs liberè conferantur sæcularia beneficia, vel ad ea eligantur, eaque ratione à Religionem abstrahantur, vel occasio ipsis detur, ut fructus beneficij percipiant duntaxat, usque ad professionem, nullo ministerio præstito Ecclesiæ, ad quam promoti sunt, ordinariè non esse licitum, monet *Franciscus hic n. 13. Sanchez cit. c. 16. n. 13.*

Qui post.

PARAPHRASIS.

Si Titius Religionem se ingressurum voverit, postea verò aliam Religionem, quamvis laxiorem ingrediatur, in eaque proficatur, ibi permanere potest, non obstante priore voto, quippe cui tanquam simplici per alterum solemne derogatum est; sed ob votum prius non completum pœnitentia ipsi imponenda est.

SUMMARIUM.

Notum simplex ingrediendi, aut proficendi in Religione aliqua, tollitur per professionem, postmodum in alia quacunque Religione factam.

Notandum. Simplex votum ingrediendi, aut proficendi in una Religione tollitur per posterius solemne votum professionis, in altera quacunque Religione editum. Ratio est, quam *Monachus* dat, quia minus vinculum tollitur per vinculum majus, & fortius, si cum illo non collidat; v. g. simplex venditio tollitur per alteram posteriorem venditionem, secutâ traditione *L. quoties 15. c. de rei vindicatione* & sponsalia de futuro, cum sint simplex sponsio, solvuntur per sponsalia de præseente, seu matrimonium cum altera *c. 1. de sponsa duorum*, quamvis peccet is, & injurius sit, qui contra fidem primorum sponsaliorum cum altera contrahit *c. si inter 31. de sponsalibus*. Pari modo se habet res in proposito: si quis voverit certam Religionem, non ut eam tantum experiatur, & re ipsa proficatur Religionem laxiorem, is peccat, quia minus præstat, quam vovit; at verò voto liberatur priore, quia cum simplex fuerit promissio, tollitur, ac veluti absorbetur à voto solemniori professionis, prout docui *L. 4. tr. 5. c. 6. n. 6.*

Addidi autem, non ut tantum experiatur &c, quia, si votum editum sit de Reli-

gione ingredienda animo probandi, liberè commutari id potest in votum proficendi, aut ipsam professionem in Religione laxiore; cum id majus, & melius sit, votum autem non infringit, qui in melius commutat *argum. c. 3. de jurejurando.*

CAPITULUM VI.

Si ad solum.

PARAPHRASIS.

Si creatio monachi, seu susceptio ad Religionem ad solum Abbatem spectet, tunc vacante prælaturâ Conventus monachorum creare, seu ad professionem admittere non potest; sin autem ad utrumque simul spectet monachi creatio, vacante prælaturâ Conventus admittere potest ad professionem.

SUMMARIUM.

1. *Consuetudo Monasterij facere potest, ut consensus Capituli intervenire debeat, in admissione ad professionem.*
2. *Si tamen ad solum prælatum admissio talis pertineat, non potest vacante prælaturâ admittere Conventus.*

Notandum primum. Num Abbas in admissione ad professionem consensum Capituli habere debeat, nec ne, pendet ex consuetudine Monasterij. Ita *Monachus, & alij his*. Cæterum spectato communi jure, videtur requiri consensus, aut receptio ad utrumque simul, Abbatem videlicet, & Conventum, sicuti docet *Glossa* à pluribus approbata.

Notandum secundò. Si ad solum Prælatum pertineat susceptio ad professionem, vacante prælatura Conventus non potest aliquem suscipere; nam quæ jure speciali conveniunt Prælato, ea vacante Sede non transeunt ad Capitulum, sive Conventum, prout *Franc. hic* notat *n. 1.* & docui *in disp. de jurisdictione ordinaria c. 89.* Sin autem ad utrumque simul pertineat receptio ad professionem, tunc Conventus recipere potest, si Sedes vacet, uti etiam colligitur ex

F ff 3

cap.

cap. unico. ne sede vacante in 6. ubi id ipsum similiter dicitur de collatione beneficij; creatio enim Monachi, quasi quoddam beneficij, seu tituli regularis collatio est.

TITULUS XXXII.

DE CONVERSIONE CONIUGATORUM.

CAPITULUM II.

Verum.

PARAPHRASIS.

Si post matrimonium legitime contractum, non consummatum, alter conjugum, altero repugnante, Religionem professus sit, sicuti quosdam sanctos à nuptijs vocatos legimus (videlicet S. Theclam, S. Iohannem, S. Cæciliam & alios apud Sanchez. S. Greg. l. 4. dialogor. c. 14.) alter conjugum in sæculo manens, si monitus continentiam servare nolit, liberè ad alias nuptias transire potest; cum enim per carnalem conjunctionem non fiat una caro effecti, separari possunt (sive alter conjugum consentiat, sive non) ita, ut unus ad Deum transeat, alter in sæculo maneat.

SUMMARIUM.

Matrimonium ratum non consummatum solvitur per professionem in Religione approbata.

Notandum. Matrimonium ratum non consummatum solvitur per professionem in Religione approbata. Ita hic & in causa sponsatus 27. & c. sequente caus. 27. q. 2. c. ex publico 7. hoc. tit. c. 1. de voto in 6. & c. xi l. 5. tract. ult. p. 2. c. 1. & p. 3. c. 11. m. 1. v. deri potest Gloss. in c. quapropter 37. eadem q. 2. c.

Cum superiore titulo de Regularibus, & ad Religionem transeuntibus, generatim actum fuerit; at verò speciales difficultates sint, si conjugati converti, seu Religionem ingredi velint: ideo de hoc titulo peculiaris annectitur.

CAPITULUM I.

Præterea.

PARAPHRASIS.

Conjux post matrimonium consummatum Religionem ingredi, & profiteri non potest, nisi alter conjux licentiam dedit, & tunc vel religionem etiam ingrediatur, vel si extra periculum incontinentiæ secundum Episcopi judicium vertetur, perpetuam continentiam in sæculo voveat. Ita hic & c. 4. & c. significavit 18. hoc tit. Explicavi L. 5. tract. ult. p. 3. c. 7. n. 1.

Corollarium. Si alter conjugum Monasterium ingressus sit, aut professionem ediderit, ab Episcopo revocari potest, ac debet, ut hic dicitur; quòd si alter conjux, in sæculo manens, licentiam dederat, licet tunc actionem propriè non habeat, potest tamen judicis officium allegato incontinentiæ periculo, & Can. constitutione implorare, ut conjux ingressus, aut professus revocetur, & sic etiam ad instantiam partis revocatio fieri potest. Qua de re plenius disputat Sanchez L. 7. de Mat.

D. 33. q. 2.

